

entibus incompletis, & partialibus, que procedunt unionem, in materia, & forma, & ideo negatur consequentia.

139 Sexto arguunt alii, si individuum ultra naturam specificam habet eam peculiarem entitatem, quam dicimus differentiam individuaalem, divisa aqua in guttas, tot nove nascerentur entitates, quot fuerint guttæ; torque rursus peribunt, si eadem rursus guttæ coadunentur, quod non est facile creditur, præsertim cum nulla aqua generetur, aut currantur per eam divisionem, aut conjunctionem, isto enim modo eadem aqua nec corrupta, nec annihilata poterit modo accipere, modo amittere eandem differentiam individuaalem, quod fieri nullo modo potest, alioquin eadem res, dum eadem permaneret, modo esset hæc, modo non esset hæc, quod implicat.

Resp. hæc quoque difficultatem de toto homogeneo, ejusque partibus adducit Bassol. cit. optimeque dissolvit; breviter tamen dicendum est, quod sicut ibi nulla intervenit generatio, & corruptio substantialis aquarum, sed solum nova divisio, aut compositio totius aliquid integralis, quod neque esse realiter a suis partibus distinctum dixi dif. 5. Phyl. q. 13. art. 2. ad summum petit argumentum; an partes illæ divise integrantes sint eadem, que prius erant; & dicendum est, quod sic, quia partes aquæ five sint unitæ, five divise semper suam servant unitatem, & distinctionem entitativam, & consequenter suas quoque intrinsecas hæcitateas, solumque mutatur unitas, vel distinctio quantitativa, que consistit in acquisitione, vel deperditione indivisibilium terminantium, vel copulantium illas partes adinvicem ut notat Doctor ad d. 12. q. 4. lit. L. unde concludendum est partes unitas aque adhuc esse abinvicem entitative distinctas, licet quantitate & integraliter eas confluant aquam, & quando separantur, eandem remanere, quæ prius in toto, nec novas acquirere hæcitateas entitativas, sed solum quantitativas, nempe nova indivisibilia terminantia, singulis enim partibus totius homogenei, five in toto existant, five sint a toto separatae, singulæ respondent hæcitateas utrobique semper distictas, sed non utrobique divise, & tamen est natura compositionis continui, ut fuse declaravi dif. 9. quæst. 2. art. præsertim 6.

140 Septimo arguit multipliciter Sueslanus contra Scoti opinionem 5. Met. dist. 5. cujus rationes ad hoc præsertim tendunt, ut ostendat admissis differentiis individualibus individua ejusdem quoque speciei essentialiter, & specificè abinvicem fore disticta, hæc autem ostendi potest his rationibus, quæ in hæc formam reducunt, robustiores apparent, quam ut ab ipso adducantur, hujusmodi differentie ponuntur a Scoto intrinsecæ, & substantiales individuis, sed quæ sic differunt essentialiter, & substantialiter differunt, ergo &c. Deinde omnis differentia aliquorum plusquam propriis, & specialibus accidentibus eorum est essentialis, & specificæ, sed si individua differunt hæcitateas, differunt plusquam propriis, & specialibus accidentibus eorum, ergo &c. probatur major, ex Porph. c. de differentia, ubi eam distinguit in communem, quæ scilicet sumitur ex accidentibus communibus, propriam, quæ sumitur ex propriis spectantibus ad secundum modum dicendi per se, & propriissimam, quæ sumitur ex prædicatis intrinsecis in primo modo, quæ est essentialis, & specificæ. Sed hæcitateas secundum Scotum præcedunt tam communia, quam propria individuum accidentia, ergo &c. Tandem si hæcitateas constituit individuum, aut illud constituit per se, si quod per se ei comparatur, aut per accidens, si secundum, ergo possit separari hæcitateas ab individuo adhuc ipso individuo remanente, quod implicat; si autem competit ei per se, aut per se primo modo, aut secundo modo, non secundum, quia tunc hæcitateas esset passio singularis, non autem differentia ipsam in esse tali constituens; si primum, ergo de ipso essentialiter, & quidditative prædicatur, & eodem modo ab omni alio distinguitur.

Resp. ad hæc, & similia patere ex dictis supra in hæc disp. n. 11. & 54. adhuc tamen ad r. respondet in forma Bassol. quod quæcumque differunt differentis substantialibus utique specificè differunt, non tamen quæ differunt differentis substantialibus individualibus, quia licet istæ comparentur ex genere, ut adus ad potentiam, tamen non sunt differentie formales, sed materiales, quia ad quidditatem speciei non pertinent, intelliguntur enim advenire, vel quasi advenire naturæ post esse speciem completam, & ita variare nequeunt tale esse specificum. Ad 2. negatur major absolute sumpta, nec ejus probatio valet, quia Porph. loc. cit. per differentiam propriissimam re vera intelligit differentiam essentialem, & specificam, quia ibi agit de differentia, & que pars speciei, & quæ simul cum genere constituit speciem, neque sub illa triplici divisione differentie voluit Porph. comprehendere differentiam individualem, quia agere intendebat de illis solummodo differentiis, quæ univèrsaliter fundare possunt, & de pluribus prædicari, attamen ut ibi notavi disputat. 5. log. quæst. 3. potest individualis differentia reduci ad secundum membrum, & tunc quod faciat individua accidentaliter differre, non quidem accidentalitate prædicamentalis, quia est gradus substantialis penetrans per realem identitatem totam substantiam, ac essentialiter rei, sed accidentalitate prædicabili, quatenus individua differre facit non specificè, sed individualiter. Ad ult. dicitur cum Tromber. differentiam individuaalem competere singulari per se in primo modo, cum autem inferatur, quod quidditative competit, & quidditative distinguit, negatur consequentiam, quia est prædicatio in primo modo, non solum quantum prædicatum importat quidditatem subjecti, vel partem quiddi-

tatis, verum etiam, quando ratio prædicati includitur intrinsecè, & formaliter in ratione subjecti, sicut pars essentialis ipsius, vel quæ si pars, & hoc five illud prædicatum, sit quidditas idest essentia pluribus communicabilis, vel primo diversum à quidditate, sicut est essentia individualis, vel secundo diversum à quidditate, quando de quidditate prædicatur de definito, vel pars definitionis ex Arist. Post. Resp. quod extenditur nomen definitionis ad quancumque rationem experimentem essentialia, intrinsecè rei, propositio Arist. habet veritatem, sed si accipitur definitio solum pro ratione quidditative exprimentem quidditatem definiti, vel partem quidditatis non est verum, quod solum illa prædicatio sit per se primi modi, in qua five prædicatur definitio, vel pars definiti; pro quo notandum, quod si aliqua ratio possit exprimerè, quicquid constituit, & convenit ad entitatem individui, non tamen illa ratio erit perfecta, & rigorosa definitio, quia non exprimit quod quid erat esse definitio enim proprie dicta ex Philosopho 1. Top. exprimit quidditatem rei, & ideo conceditur, quod loquendo de definitione proprie dicta singulare non est definibile definitione alia à definitione speciei, & tamen per se includit aliquam entitatem additam entitati speciei, sed illa per se entitas, quam addit, non est entitas quidditativa, & sicut non habet singularem propriam definitionem eo modo, quo dictum est ita non habet aliquam propriam passionem, sed tantum passiones speciei, & ita ejus non est demonstratio, neque scientia alia à scientia speciei, ita Doctor ad verbum 2. d. 3. q. 6. lit. M.

141 Octavo, instat idem Sueslanus, si individua hæcitateas inter se differunt, sequitur ita inter se differre duo individua ejusdem speciei, ut Petrum, & Paulum, sicut duo diversarum specierum, ut Petrum, & Brunellum, quod est falsum. Probatur consequentia, quia hujusmodi hæcitateas sunt inter se primo diversæ, cum in nullo quidditative conveniant, ne deuter processus in inhiatum, quæcumque vero differunt illi, quæ primo diversæ sunt, æque differunt, quia primo diversæ invicem maxime distant.

Resp. Raguseus disputat. citat. cap. 41. concedendo æquè differre per hæcitateas individua ejusdem, & diversæ speciei, quia omnes sunt primo diversæ, hoc tamen falsum est, quia individua non per solas hæcitateas constituantur, sed etiam per naturam, & ideo non omnia æquè differre possunt, quia individua ejusdem speciei inter se conveniunt ratione ejusdem naturæ specificæ, & individua diversarum specierum nedum individualibus differunt differentis, sed etiam specificis; itaque ad hoc argumentum, quod in terminis Doctor adducit 2. d. 3. quæst. 6. lit. L. neganda est consequentia cum ejus probatione, quia non tanta debet esse distinctio in constitutis, quanta est in constitutis, possunt enim bene principia individua esse primo diversæ, & adhuc individua convenire in communi aliqua ratione quidditative, eo quod cum differentia individuali naturam communem continent, quæ est communis omnibus individuis, aliqua enim æqualiter distinguitur (inquit Doctor) potest dupliciter intelligi, vel quia æqualiter incompossibilia sunt, quia non possunt in esse eadem, vel quia æqualiter in nullo conveniunt, & primo modo verum est, quod distincta sunt quæ diversæ, sicut ipsa distincta sunt incommpossibilia; secundo modo universaliter est impossibilia, quia distincta non solum includunt distinctingentia, sed etiam aliquid, quod est quasi potentiale respectu distinctingentium, & tamen distinctingentia in eo non conveniunt.

142 Nono arguunt alii, quia individuum est per se unum, non apparet autem, quomodo ex natura specificæ, & hæcitateas possit fieri quid per se unum, quia cum se habeant, ut adus, & potentiam, non videtur ex eius fieri posse quid per se unum, nisi per compositionem, at ex alia parte compositio est respectus quidam realis unionis inter componentia, modo non videtur esse aliquis respectus realis naturæ ad differentiam individuaalem, neque è converso, quia non videtur posse assignari, quinam respectus sit iste, præsertim cum respectus realis sit inter extrema realiter abinvicem distincta, quo pacto natura, & individualis differentia non distinguntur.

Resp. Doct. 2. d. 3. q. 6. lit. L. hæc esse compositionem metaphysicam ex realitate, & realitate, qualis est compositio ex genere, & differentia, nec major est difficultas de una, quam de alia; & compositio oritur ex eo, quia realitas specificæ ex se non habet, unde per identitatem includat realitatem individuaalem, sed tantum aliquid tertium includit ambo illa per identitatem, & hæc est talis compositio, qualis non potest stare cum simplicitate divina, ipsa enim non tantum non compatitur compositionem rei, & rei actualis, & potentialis, sed nec realitatis actualis cum realitate potentialis, comparando enim quodcumque essentialia ad quodcumque essentialia in divinis est formaliter infinitum, & ideo ex se habet, & non sunt præcisè illa extrema eadem perfectæ, quia aliquid tertium includit utrumque, sed in proposito, nec entitas specificæ includit per identitatem individuaalem, nec è converso, sed aliquid tertium includit, & ita inter se identificari dicuntur, manens in illo tertio identificante, & ut uno verbo dicam, ista compositio explicari debet eo profertur modo, quo explicata est compositio ex genere, & differentia disp. 3. log. q. 3. art. 2. Verum tamen est, quod hæc compositio metaphysica inter materiam, & formam, vel subjectum, & accidens, ut bene dicitur Bassol. cit. 2. ad 1. quia extrema hujus compositio sunt inter se idem realiter saltem in tertio, & ideo nequeunt à tali compositione separari, quæ possunt esse ambo extrema in rerum natura sine tali compositione, ut contingit de materia.

teris, & forma, subjecti, & accidente, sed dici potest respectus constitutivialis utriusque, five cum utroque realiter identificatus, cum utrumque fit ab altero inseparabile pro quancumque virtutem.

Potestem obicitur ratio omnium efficacissima, quæ sola videtur Bannes ad totalem destructionem nostræ opinionis; natura non potest fieri individua per aliquod commune, ex hoc enim medio sensum impugnat Scotus opinionem aliorum, sed hæcitateas est quid commune, ergo &c. Probatur minor, nam omnes hæcitateas particulares v. g. hæcitateas Petri, & hæcitateas Pauli conveniunt quidditative in ratione communi hæcitateas, nam he sunt vere, hæcitateas Petri est hæcitateas, & hæcitateas Pauli est hæcitateas, ergo hæcitateas de se est quid commune non minus, quam qualibet alia natura contrahibilis; ergo neque esse principium individuationis. Est autem hoc argumentum adeò valenter urgeat Thomistæ tamen argumentum fuit Aureoli, & tamquam Aureoli adducitur à Canonico 1. Phyl. qu. 6. imò ipse Scoti, qui illud asserit in terminis in hæc ipsa questione sub lit. F. pro cuius solutione necessaria est decisio sequentis questionis, scias interim hoc argumentum etiam urgere Thomistæ, concedentes hæcitateas esse individuationis principium, dummodo sumatur à materia signata, imò urget omnes quodcumque posuerint individuationis principium, nam quæcumque talia individuationis principia erunt similia in ratione individuationis.

QUESTIO X.

Nam detur conceptus communis individuationis, vel hæcitateas ut sic.

243 Negant communiter Scotistæ, eo quod passim doceat Doctor 1. dist. 3. quæst. 3. F. & 2. dist. 3. qu. 6. G. Ad questionem, differentias individuales esse primo diversæ, & in nullo conceptu per se uno quidditative convenientes, nec quidem in conceptu transcendentissimo entis, quam sententiam amplexus est Fonseca. 5. Metaph. capit. 6. quæstion. 5. section. 5. & ex Recentioribus mordicus teneat Palquial. tom. 2. Metaph. disputat. 43. sect. 3. & Poncius disp. 6. log. quæstion. 2. ac etiam ex parte profertur Suarez disputat. 5. Metaph. sect. 1. num. 20. & Averis q. 9. log. sect. 11. quæstus ille, esse concedit convenientiam unius individuationis cum alia, quia tamen differentia individualis est omnino simplex, & in ulterioribus conceptus irreflexibilis, negat posse intellectum concipere rationem communem individuationis præcisam ab hæc, vel illi individuationis; iste vero esse concedat, conceptum individuationis posse præcindi, adhuc tamen negat posse perfectè præcindi, unde licet in hæc questionem partem affirmativam profertur, re tamen vera magis favor partem negativam, quia ratio dubitandi proposita in calce præcedentis questionis aut nil probat, aut probat perfectam præcissionem hujusmodi conceptus, ut mox videbimus.

Afirmantem docui partem jam disp. 5. log. quæstion. 2. artic. 4. ut de mente Scoti, & meliorum Scotistarum pluribus in locis ibi citatis, inter quos locutissimus est, qui habetur 1. dist. 23. qu. unic. ubi postquam pro utraque parte disputat, tandem in fine quæstionis dubium resolvit his verbis, ista igitur via supposita, scilicet certa, quod a personis potest abstrahi aliquid conceptus negativus negationis in genere, & hoc non solum a personis quasi constitutis, sed etiam a formalibus constitutis earum; est dubitatur ulterior, utrum tale commune solummodo negativum fit abstrahibile ab eis, vel aliquid commune positivum, & videtur, quod oporteat ponere aliquod positivum possibile abstrahi ab eis propter verbum Aug. de doctrina Christiana, & verbum Magistri in littera D. 25. quæ adducit sunt contra opinionem; potest dici quod ab individuis non tantum potest abstrahi species, quod dicit quidditatem individuum; seu etiam aliquid quasi proprium; hæc Doctor, ex quibus verbis patet ipsum non loqui dubitative, ut ipsum explicare conatur Poncius loc. citat. (ubi hunc locum citat. 1. dist. 26. sed forte per errorem Amanuens, vel Tipographi, aut inadvertentiam) sed assertive, nam ibi reliquæ intendit, quod ante pro utraque parte disputaverat. Nec etiam valet, quod ait Ponc. Doctorem ibi non dicere illud proprium individuum esse singularitatem, aut constitutum individui, ut sic, imò hoc reicitur ex ipsis verbis Poncii, quæ immediate subdit ad resellendam quorandam Scotistarum expositionem per illud proprium intelligitur proprietas tamquam quædam prædicabilis; nam ait ipse Doctorem ibi omnino loqui de aliquo proprio, hoc est, particulari, competente individui, quia talia sunt, five illud proprium sit proprietates quarti prædicabilis, five non sit, sed aliquid essentialia, unde paucis verbis videtur sibi contra dicere, nam his ultimis verbis revocat, quod immediate antea dixerat, vide Licher. ibi eodem modo Doctorem exponentem.

244 Sed adhuc clarior, & notabilior est locus, qui habetur 1. dist. 26. qu. unic. infra 11. hic enim nedum docet posse dari talem conceptum præcisum ab ultimo constitutis, sed etiam explicat modum, & sensum, quod debet id asseri, ne sibi contradicatur illis locis; ubi dixit hæc esse primo diversæ, audiamus verba Doctoribus. Ad aliud dico, quod licet aliquis conceptus communis possit haberi, qui dicatur in quid de generatione divina, & spiritatione, imò forte qui dicatur in quid de paternitate divina, & creatæ, tamen nulla realitas potest esse in divinis in aliquo modo.

do distincta ex parte rei, à qua sumatur ille conceptus dictus in quid, quæ realitas sit determinabilis per aliam realitatem, sicut conceptus communis est determinabilis in intellectu per aliquo conceptum, & impossibilitas hujus, & ratio facta dicta est; dico igitur, quod paternitas, & filiatione non sunt duo primo diversa quantum ad intellectum, quin possit intellectus abstrahere ab eis aliquid conceptum realem commune, sed sunt primo diversa quantum ad realitatem, & realitatem, ita quod nullum unum gradum realitatis includunt, qui fit quasi potentialis, & determinabilis per proprias differentias, vel quasi proprias, sicut albedo, & nigredo includunt realitatem aliam eisdem ratione determinabilem per proprias differentias specificas earum, five realitates, à quibus sumantur earum differentie specificæ, & tunc illa propositio major, quod primo distinctiva sunt primo diversa, debet intelligi de ipsis realitatibus, quæ primo constituntur, quantum ad non convenientiam in aliqua realitate forma, quam formaliter includant ambo; hæc Doctor loc. citat. ubi videt, distictè explicat, quo sensu fit intelligendum, quod alibi dixerat, primo distinctiva esse primo diversa, hoc enim debet intelligi quantum ad realitatem, non quantum ad conceptum, ut mox magis explicabitur; videatur Licher. in utroque loco pro hæc parte Doctorem exponens, licet fit adeo clarus, sicut constat ex allegatis verbis, ut illa egeat expositione, inclinat etiam Bargius ibidem licet velit solum verificari de ultimo constitutis, in divinis, non vero in creatis, quia, inquit, hæc factum unum pete, non illa, & ideo non sunt primo diversa, non illa, quæ est quædam ratio Logica nullius momenti, quia quantum ad hoc eadem profertur est ratio de ultimo constitutis in divinis, & creatis, tam quia illa ratio non quadrat loco ex 1. d. 26. qu. unic. ubi Doctor ait posse probabiliter divina personam posse per absolutam constitui, iuxta quam viam persona divina dicit conceptum per se unum logicè; pro hæc sententia etiam sicut multi Recentiores, Ruvius capit. de specie quæst. 6. Complut. disp. 6. log. quæst. 6. Hurrad. disp. 5. sect. 2. qu. 3. art. 2. & alii quamplures ex nostris, ut Aretinus 3. dist. 1. quæst. 1. art. 13.

245 In hujus sententia confirmationem plures adduxi rationes in logica loc. citat. hic unam tantum adducam rationem, scilicet dubitandi propositam in fine præcedentis questionis: illa enim sola bene intellecta hæc veritatem mirabiliter evincit, eam itaque promoveo, ejusque robur ostendens resellendo singulas solutiones Adverlatorum, omnes individuationes, & hæcitateas nedum conveniunt in communi nomine, sed etiam in ipsa ratione hæcitateas, ita ad signatam rationem quid sit hæcitateas, ita intrinsecè, & quidditative hæc rationem participant Petrus, & Paulus, sicut ipse Petrus, & Paulus participant ipsam rationem humanitatis; ergo negari nequit conceptus individuationis, ut sic. Respondent in primis Scotistæ ex Scoto 1. d. 3. q. 6. F. & 2. d. 3. quæst. 6. I. differentias individuales esse primo diversæ, & seipsas primo differre, & non per alias differentias, atque ideo in nullo conceptu communi convenire. Hæc tamen solutio non satisfacit, inò talem convenientiam directè probat argumentum, cui nihil respondetur, nec explicatur, qualis sit illa convenientia; quod si dicatur esse convenientia in solo nomine, hoc etiam improbat argumentum, quia hæc, & illa singularitatem non tantum conveniunt in communi nomine singularitatis, sed etiam in ipsa communi ratione faciendi ultimo differre, non minus quam Petrus, & Paulus in ratione humanitatis.

Secundo, alii Scotistæ ad evitandam vim argumenti concedunt inter hæcitateas quamdam convenientiam analogam, quæ non importet conceptum communem præcisum, sed solum quandam proportionem, quam hæcitateas servant inter se in modo constitutendi, & faciendi differre, incommunicabiliter nimirum, & ultimam; unde sicut hoc individuum est tale per suam individualitatem, ita unumquodque est tale per suam, quam solutionem amplectitur Fonseca loc. citat. Neque hoc solutio valet, nam argumentum directè probat, nedum convenientiam analogicam, & proportionalem, sed etiam univocam in communi conceptu hæcitateas, ut sic, singularium hæcitateas. Et si quis potervè propugnare velit ex eo argumento deduci non posse, nisi convenientiam proportionalem inter hæcitateas, nullam vero unitatem conceptus, sic à pari poterit unitas conceptus in nullo in conceptibus transcendentibus aboleri, sed etiam in ipsis prædicamentibus; dicitur enim omnia entia convenire tantum proportionaliter in ratione entis, & patet omnes homines proportionaliter tantum in ratione humanitatis convenire, quia sicut Petrus per suam humanitatem est animal rationale, ita Paulus per suam, & quicquid assereretur ad probandum convenientiam univocam inter hominem, & brutum in ratione animalis, inter Petrum, & Paulum in ratione individualibus ut ostenduntur, & ipsa in ratione communi hæcitateas pariter univocè convenire, & ipsa in ratione communi hæcitateas univocè convenire, Denique hæc respondendi modus, ut uno verbo dicam, viam præbet negandi præcisionis obiectivæ quorundemque graduum metaphysicorum tam prædicamentum, quam transcendentium.

246 Tertio, alii Scotistæ dicunt per illum conceptum communem hæcitateas non exprimi aliquam rationem communem individuationis, ut sic, sed immediate, & indeterminate omnes, pro quo advertunt per aliquem conceptum explicari interduam rationem unam obiectivam, ut cum dicitur, quod homo est animal rationale; aliquando verò plura etiam explicite, sed indeterminate.

nate, ut si quis explicare vellet hunc conceptum, quem haberet de aliquo animali, quod deberet esse vel rationale, vel irrationale dicens, quod deberet esse vel potens discurre, vel impotens; convenientia in conceptu primi generis infert univocacionem, seu convenientiam univocaci inter plura, quia ille conceptus fundatur in una, & determinata ratione; non autem convenientia in conceptu secundi generis, quia hic non fundatur in una, & determinata ratione, sed plurius assignando hominem sit rationale, nam licet verum sit, quod hoc animal assignando hominem sit rationale, vel irrationale, & illud alterum animal assignando Bucephalum fit etiam rationale, vel irrationale, tamen certum est, quod non conveniunt ista animalia in aliquo conceptu uno positivo, & determinato significato per illud predicatum rationale, vel irrationale. Hanc solutionem refert, ut communiorum Scotistarum Pontius loc. cit. & inquit sibi semper visam esse difficilem. Et quidem merito, quia hic quoque dicendi modus viam sternit, ut inquit ipse, ad negandam præcisionem obiectivam aliorum graduum communium, nam pariter dici potest per hoc, quod est hominem esse animal rationale, non explicari aliquid determinatum, sed immediate, ac indeterminatè plura, nec omnes homines convenire in aliqua ratione communi hominis. Tum quia licet quando in explicacione ponitur conjunctio vel, sive aut, facile possit deduci, quod explicentur plura indeterminatè, ut constat in exemplo ab ipis adducto, quando tamen in explicacione talis particula non apponitur, tunc signum est per illam conceptum exprimi unum determinatum significatum immediate, & non plura immediate, ac indeterminatè; talis autem est conceptus, quo explicatur individuum, vel individuatio, ut sic, ergo talis conceptus exprimit unum determinatum significatum.

147 Quarto, præinde respondet Pontius ipse concedendo, quod singularitates, ac individua omnia, quæ talia sint conceptibilia conceptu tam determinato, quam omnes homines, quæ homines, & quod etiam sint tam familia inter se, & definibilia una definitione univocè competente ipsis, quia est eadem ratio de omnibus quoad hoc; adhuc tamen negat consequi, quæ inde deducebatur, quod conveniant in aliqua ratione abstracta ab ipsis, & præcisa; sicut nec omnes humanitates, ut abstractant a singularitatibus, conveniunt in aliqua humanitate abstracta ab ipsis; cuius ratio est, quia quoscunque datur una ratio abstracta, & præcisa ab aliquibus, debet esse alia ratio distincta, à qua præciscindatur, & per quam contrahatur ad illa, à quibus præciscindatur, in humanitatibus autem, ut præciscindat a singularitatibus non datur aliqua ratio, per quam ad ipsas contrahatur humanitas, ut sic abstracta ab illis, & idem est de singularitatibus, unde fit de humanitatibus, ut sic, melius diceretur, quod omnes, ut sic, sunt una ratio quam quod in una ratione conveniant, sic patet in proposito de singularitatibus esse dicendum.

Hæc tamen solutio multa continet falsa, & implicatoria; concedit enim omnes singularitates; & omnia individua, quæ talia, esse conceptibilia conceptu tam determinato, quam omnes homines in ratione hominis, & quod etiam sint tam familia inter se, & definibiles una definitione univocè competente ipsis, quemadmodum omnes humanitates, ut præciscindat a singularitatibus; & negat hinc deduci, quod conveniant in aliqua ratione abstracta ab ipsis, & præcisa; quod planè implicare videtur, nam univocatio fundatur in unitate rationis præcise, & abstractæ ab univocatis, ut constat ex definitione univocorum, & ex communi omnium sensu; si ergo individuationes omnes sunt univocæ definitione definibiles, & hæc eis univocè compete, ergo hæc definitio dicit unam rationem ab ipsis abstractam, & præcisciam, & negata hæc unitate præcisionis pariter negatur univocatio, quæ in ea fundatur, & consistit. Deinde exemplum, quod assert de pluribus humanitatibus à singularitate præcisciam non potest admitti etiam in genere sententia, nam & ipse quoque superius disp. 2. de universalibus, ut sic quæst. 2. num. 35. & 44. negat humanitates præcisciam singularitatis posse dici plures, nam nequeunt dici plures specificè, ut satis de se patet, sed nec etiam plures numero, quia talis pluralitas in hæcitatibus fundatur, sicut & realis, ac entitativa distinctio, quæ existentiam supponit in extremis distinctis, & hæc non convenit humanitatibus præcisciam. Et quando etiam aliquam pluralitatem, & realem distinctionem vellemus admittere inter humanitates ab hæcitatibus præcisciam, ut Lichet. admittit. 2. dist. 3. quæst. 1. & illa tantum dicerentur esse rationis, ut ipse ibi explicat, quia cum quælibet sit natura de se communis tam contrahi potest à constituendo Petrum, sicut & Paulum; at hoc de hæcitate minimè dici potest, quia una hæcitas v. gr. Petreitas ab humanitate præcisciam non est de se indifferens ad constituendum Petrum, & Paulum, sed non nisi Petrum constituere potest, & sic etiam est de Pauleitate, ergo falsum est singularitatem ab humanitatibus præcisciam ita esse inter se ejusdem rationis, sicut sunt humanitates ab ipsis præcisciam, quia singularitates etiam, ut ab humanitatibus præcisciam, sunt ita abinvicem primo diversæ, ut quæ hoc nata est constituere individuum, nequeat aliud constituere.

148 Quinto dicuntur illi Scotistæ magis utique abinvicem convenire Petreitatem, & Pauleitatem, quam Petreitatem, & Bucephaleitatem, quia tamen hæc convenientia non est, nisi concomitanter, & per reductionem, scilicet per identitatem realem, quam habent cum natura contracta, quæ est ejusdem rationis in individuis per ipsas constitutis, ideo hæc non infert quod

quidditativè, & univocè conveniant in aliquo conceptu communi, quia ratio formalis humanitatis, quam contrahunt, non in ipsis includitur quidditativè, & formaliter, sed solum in individuis per ipsas constitutis, & sic solum de ipsis individuis dicitur valebit, quod non sunt primo diversa, sed in aliquo quidditativè convenientia, non autem de ultimis differentiis, nam ipsæ adhuc remanent primo diversæ, & ad quod sufficit, ut quæ sic dicuntur primo diversa, in nullo quidditativè, & directè convenient, licet possint convenire concomitanter, & ratione alterius, cui identificantur. Sed ut superius dixi num. 24. non videntur hi Scotistæ sufficienter viam argumenti percipere; aliud enim est comparare hæcitates ad naturam quam contrahunt, aliud ad communem rationem individuationis, ut sic, de qua comparatione loquitur argumentum, primo enim modo comparatur, ut convenientia ad suam contrahibilem, & ideo revera non includitur formaliter, & quidditativè naturam contractam, quia determinabile debet esse extra rationem determinantis, & contra, at secundo modo hæcitates comparantur ad individuationem, ut sic, ut inferiora ad suam superius, ac ideo debent quidditativè, & formaliter illud includere, licet ergo hæc respositio sit bonam solvendum argumentum factum, de majori convenientia ad hoc, ad hæcitatem ejusdem speciei, quam diversarum, ut in dicto est practico num. 24. tamen minimè valet, dum in argumento urgetur convenientia, & similitudo omnium hæcitatium in ratione individuationis, ut sic, autem arguitur argumentum supra propositum.

149 Sexto respondet Paqual. disp. 43. cit. sed. 3. num. 15. convenientiam illam, qua una individuatio convenit cum alia in eo, quod fit individuatio, non esse convenientiam fundatam in ratione communi, se esse tantum convenientiam æquivalentem, quia unaquæque individuatio est ejusdem rationis cum alia æquivalente, quatenus unaquæque habet ab intrinseco loco, quod constituit tale numero determinatum individuum, at neque hoc respositio est melior illa, nec nisi verbis differt a secunda resposicione, cum enim Scotistæ illi vocabant proportionem unius hæcicitatis cum alia, hic Auctor vocat æquivalentiam, ut aliquid novum, saltem in vocabulis asserre videtur, unde hæc quoque solutio ex eodem capite confutari debet, ut illa, ut prædictè viam parat ad abdicandam præcisionem obiectivam in quibuslibet gradibus præcedentibus, quando enim quis probare tentat convenientiam univocam inter hominem, & brutum in ratione communi animalis, aut inter Petrum, & Paulum in ratione communi hominis, statim respondebitur, hanc non esse convenientiam fundatam in ratione communi, sed esse tantum convenientiam æquivalentem; & quicquid afferretur ad probandum unitatem invocationis inter Petrum, & Paulum in ratione humanitatis, hoc totum poterit adhiberi æquè bene ad probandum similem convenientiam inter Petreitatem, & Pauleitatem in ratione humanitatis. Confirm. quia effectus ejusdem rationis quando sunt univocè, seu univocè à causa procedunt, arguunt causas suas esse ejusdem rationis, nedum virtualiter, & æquivalente, sed etiam formaliter, & quoad unitatem specificam; sed effectus formales Petreitatis, & Pauleitatis quoad singularitatem, & distinguendam naturam sunt ejusdem rationis, & univocè procedunt ab hæcitatibus, quia procedunt ab ipsis in genere causæ formalis, ergo arguunt illas causas esse ejusdem rationis specificæ inter se, nedum æquivalente, sed etiam formaliter, non ergo sufficit convenientia illa æquivalente a Paqual. conclusa ad tollendam argumenti robor.

150 Septimo Suarez loc. cit. conclusivè arguendo concedit convenientiam nedam æquivalentem, sed etiam ejusdem rationis specificæ unius hæcicitatis cum alia, subdit tamen illam non habere in se alias differentias ratione distinctas ab illo conceptu, in quo conveniunt, quia sunt simpliciter simplices, & in ultioribus conceptus irreducibiles, sed in seipsis determinati, non per aliquam novam additionem, sed solum per majorem expressionem illius conceptus, & itæo non potest intellectus concipere rationem communem individuationis ab hac, & illa individuatione præcisciam, & sic concedit hic Auctor rationem communem individuationis ab eo, quod possit præcisciam. Hæc solutio implicatoria concedit, quod nempe differentie individuales inter se conveniant, & differant, & quæ nequeat intellectus præcisciam rationem convenientiæ à ratione differentie, quæ duo inter se pugnant, nam quando duo ita se habent abinvicem, ut pariter conveniant, & pariter differant, potest intellectus utriusque virtutem præcisciam, & illa duo contemplari ex ea parte, quæ conveniunt, non considerando ex alia parte, quæ differunt. Confirm. quia non præcisciam rationem intellectus in ipsis individuis v. gr. Petro, & Paulo præcisciam rationem humanitatis à differentiis individualibus, nisi quia videt illa rationem naturæ inter se convenire, & ratione differentiarum differre ex quo motivo fundamentum sumit cogitando rationem, per quam conveniant nisi cogitando de rationibus quibus differunt; ergo si hæc est causa sufficiens, ut possit naturæ præcisciam ad individuandum, quous sufficiens in proposito, ut à Petreitate, & Pauleitate præcisciam potest communis conceptus hæcicitatis.

151 Octavo Averrô loc. cit. esto in virtute propositi argumenti concedat à differentiis individualibus præcisciam potest communem rationem individuationis, in qua conveniunt, non cogitando rationes peculiare, quibus differunt; negat tamen posse præcisciam præcisciam, quia semper tales rationes peculiare involvunt inveniuntur in illa ratione communi, & itæ nihil addunt illi nec etiam ratione distinctum; Sed hic modus imperfectæ præcisionis in gradibus

disbus metaphysicis pluries impugnatus est supra disp. 2. quæst. 3. & ut quid, sit contractiva, tamen per operationem intellectus inadæquatè Petreitatem v. gr. concipientis potest fieri universalis, ut modus, seu concepti sub ratione universalis absque alia repugnancia, eo pacto, quo dicit Doct. 1. distinct. 2. quæst. 3. §. Ad illa, hanc propositionem esse concedendam singulariter est univocalem, quia licet quod concipitur sit singularitas, modus tamen, sub quo concipitur est universalitas, quia quod concipitur, ut concipitur, habet indifferentiam ad plura; itaque argumentum probat solum à parte rei non dari naturam communem individuationis ad plura individua, contrahibilem per alias differentias, ut datur natura humana, quod utique verum est, quia hæcicitas, ut parte rei est tantum contractiva, nec aliud reale manibus exercet, quam contrahendi, & singularitatis, tamen illa realitas contractiva à parte rei quæ dicitur hæcicitas, potest inadæquatè concipi, ut convenit cum alia hæcitate in munere faciendi ultimæ differentie, & tunc indit modum contrahibilem, & sic per intellectum inadæquatè concipientem eadem prioris realitas à parte rei dividi potest, & partiri in duos conceptus, quorum unus fit communis, & contrahibilis, alter proprius, & contrarius.

152 Demum alii Scotistæ argumenti robore pressi concedunt talem conceptum individuationis esse Petreitate, & Pauleitate abstrahibilem, & esse conceptum perfectè unum, & præcisciam ab inferioribus, ac etiam perfectè univocum, non tamen univocè dictum de illis, sed tantum accidentaliter, & denominativè, quo etiam modo inquit Doct. 1. dist. 3. quæst. 3. §. Ad questionem igitur, ens respectu suarum passionum, & modorum contrahentium esse quidem univocum quia prædicatur de illis secundum unitatem nominis, & rationis, non tamen univocè dictum, quia non includitur in eis essentialiter, & quidditativè, ut dictum est distinctione illas Petreitas esse hæcicitas, Pauleitas esse hæcicitas, non esse prædicationes essentialis, & quidditativas, sed identitatis, & denominativas, eo modo quod dicuntur esse ens; quæ sunt solutio Canonici 1. Phys. quæst. 6. Maion. 1. dist. 3. quæst. 3. quam amplectitur Ragul. disp. cit. cap. 39. ac etiam in hunc modum Vigerius explicat loca superius adducta ab initio quæst. pro mostra sententia, quando enim ait Doct. posse aliquem conceptum per se unum abstrahi ab ultimo constitutivis, & distinctivis, inquit intelligi debere de conceptu quidem per se uno, immo & univocè, non tamen univocè dicto. Verum hæc quoque respositio directè ex ipso principali argumento excluditur, quod quidem probat peculiare hæcicitates in ratione communis individuationis non quomodocumque convenire, sed intrinsecè, & quidditativè, ita enim Petreitas esse essentialiter individuativo, sicut Petrus essentialiter homo, & hoc adeo clarum est, ac exploratum, ut alia probatione non eget; neque etiam hæc explicatio bene quadrat locis à Scoto allegatis quia nedum ait ab ultimo constitutivis posse abstrahi conceptum univocum unum, vel univocum, sed etiam univocè dictum, & in quid, ut textum legenti patebit, præferim. 1. dist. 26. Neque ad rem facit paritas, quam assumunt illi Scotistæ de conceptu entis, quia aliud est conferre differentias individuales ad conceptum entis, & aliud ad conceptum individuationis, ut sic, etenim ad illum comparatur, ut ultimo contrahentia primum contrahibilem, ad istum vero, ut individua ad suam superius, quamvis autem prædicatio contrahibilis de contrahente fit denominativa, ut cum dicimus rationale est animal, quia contrahibile est extra rationem contrahentis, & attamen prædicatio superioris de inferiori semper est quidditativa, talis autem est illa prædicatio, Petreitas est hæcicitas, vel est individuativo. Concludendum igitur esse posse dari conceptum communem individuationis, ut sic, non tamen in aliqua communi realitate fundatum, quæ sit per aliam realitatem contrahibilem, ut notat Doct. cit. 1. dist. 26. quæst. unic. & quæ per ipsum adæquatè exprimitur, sicut per conceptum animalis adæquatè exprimitur natura realitas, quæ est per aliam contrahibilem, sed conceptus individuationis fundatur vel in pluribus differentiis individualibus inadæquatè conceptis, vel in una parte Petreitate, inadæquatè concepta, adeo ut conceptus adæquatè Petreitas, ut sic, sit utique simplex quoad realitates, compositus tamen apud intellectum ex conceptu communi, & proprio, ut ex solutione objectionum magis patebit.

Objectiones dilute.

153 In oppositum primò arguit Paqual. cit. in hæcitate distinguuntur ratio contrahibilis, & contractiva; ergo nequit dari conceptus individuationis, ut sic qui potest veluti per contractiva descendat ad Petreitatem, & Pauleitatem, consequentia patet, probatur assumptum, in individuatōe namque secundum rationem formalem individuationis est essentialiter ultimum univocum determinativum, & ut modo potest amplius contrahi.

Resp. quod licet universalitas, quæ vis secundum rationem formalem universalitatis sit essentialiter contrahibilis, & ut quid, adhuc tamen esse potest contractiva, ut modus, quemadmodum apparet, quando universale, quod est genus ad quinquè universalia per diversitas, & particulare universalitates contrahitur ad

illa constituenda, sic contra singularitatem, esto secundum se, & ut quid, sit contractiva, tamen per operationem intellectus inadæquatè Petreitatem v. gr. concipientis potest fieri universalis, ut modus, seu concepti sub ratione universalis absque alia repugnancia, eo pacto, quo dicit Doct. 1. distinct. 2. quæst. 3. §. Ad illa, hanc propositionem esse concedendam singulariter est univocalem, quia licet quod concipitur sit singularitas, modus tamen, sub quo concipitur est universalitas, quia quod concipitur, ut concipitur, habet indifferentiam ad plura; itaque argumentum probat solum à parte rei non dari naturam communem individuationis ad plura individua, contrahibilem per alias differentias, ut datur natura humana, quod utique verum est, quia hæcicitas, ut parte rei est tantum contractiva, nec aliud reale manibus exercet, quam contrahendi, & singularitatis, tamen illa realitas contractiva à parte rei quæ dicitur hæcicitas, potest inadæquatè concipi, ut convenit cum alia hæcitate in munere faciendi ultimæ differentie, & tunc indit modum contrahibilem, & sic per intellectum inadæquatè concipientem eadem prioris realitas à parte rei dividi potest, & partiri in duos conceptus, quorum unus fit communis, & contrahibilis, alter proprius, & contrarius.

154 Secundo, contrahibile, & contractivum important diversas formalitates, & unum esse debet extra formalem rationem alterius, ergo nequit dari conceptus individuationis, ut sic, communis; patet antecedens, & probatur consequentia, quia contractiva illius non habebat rationem individuationis, sed quod non habet rationem individuationis nequit esse determinativum alicujus communis. Resp. contrahibile, & contractivum dicere diversas formalitates eo modo, quo fit contractio, si sit à parte rei, dicunt pariter formalitates diversas à parte rei, si est contractio per intellectum, sic pariter rationem tantum locentur, & unum est extra rationem alicujus, & sic contingit in proposito, nam Petreitas v. gr. apud intellectum inadæquatè concipientem est extra aliam, & individuat ut sic, licet ut quid, sit individuat, tamen ex modo concipiendi non est individuat, sed potius quod ad multa indifferens, ut modus, & formalitas contractiva proprie concipitur per modum individuationis, & singularitatis incommunicabilis.

Tertio individua secundum totum esse individuale distinguuntur, & solum convenient in ratione nature; ergo nequit dari conceptus communis individuationis, in quo omnes individuationes conveniant; antecedens patet, probatur consequentia, quia si in ratione quoque individuationis conveniant, non distinguerentur secundum totum esse individuale, nec individuatō effect tantum ratio distinguendi, sed etiam conveniendi. Resp. negando consequentiam, quia non dicimus individua v. gr. nature humane convenire in ratione individuationis, ut sic, sed potius eorum individuationes Petreitatem nempe, & Pauleitatem, & individuatō v. gr. Petreitas à parte rei est tantum ratio distinguendi at confusæ, & inadæquatè concepta esse potest ratio conveniendi.

155 Quarto de ratione individuationis est, ut sic, hæc, & una numero, ergo directè repugnat dari conceptum communem individuationis, qui tamquam aliquid commune descendat ad hæc, & illam individuationem; assumptum patet, & consequentia probatur, quia tunc conciperetur tale obiectum sub modo sub omnino repugnanti à parte rei. Quod etiam confirmari potest argumentum, quo utitur Scot. 2. dist. 3. quæst. 7. ad probandum plures Angelos esse posse sub eadem specie, ita enim arguit ab initio lit. A. quælibet quidditas creaturæ potest intelligi sub ratione universalis absque contradictione, si autem ipsa esset de se hæc, contradictio esset intelligere eam sub ratione universalis, sicut est contradictio intelligere divinam essentiam sub ratione universalis, talis autem est illa prædicatio, Petreitas sub obiecto intellectu, ac in proposito singularitatis est de se hæc, & incommunicabilis omnino; ergo nequit concipi sub ratione universalis, Neque dicas assumptum verificari solum de individuatione signata, & hæc unum numero non vero de individuatione, ut sic. Nam primo sic respondendo committeretur petitio principii, cum in hæc resposicione assumatur in individuatō, ut sic, tamquam possibilitas concipi, quod hoc modo impugnetur; deinde non videtur ullam aliam assignari posse rationem formalem individuationis, nisi illam, quod est ratio per se primo hæc, & incommunicabilis, & apta reddere naturam, quam contrahit sic incommunicabilem.

Resp. hoc argumentum probari tantum individuationem, ut sic, dici non posse universale, & communiem essentialiter, & ut quid, sicut dicitur natura humana, bovina, &c. quæ revera præferunt realitates pluribus incommunicabiles, non tamen probat, quia possit dici, & concipi sub ratione universalis denominativè, & ut modus. Neque novum est unum oppositum posse sic denominari à suo opposito per supervenientem intentionem, ut sapienter docet Doct. in quælibet universalium, sic enim genus dicitur species universalis ob peculiarem intentionem speciei supervenientem, sic etiam æquivocæ, quatenus designantur, dicuntur univocæ determinativè, & ut modus, unde quod modo dixi, intelligi debet de realitate, quam dicit hæcicitas à parte rei, quia si sermo sit de conceptu communi, quem illa realitas fundat in

adequate concepta, ille conceptus communis est essentialiter communis, & ut quia, & non denominative tantum, ac ut modus. Ad Confr. Doct. ibi loquitur de universalitate, qua fundatur in natura vere communicabili pluribus a parte rei, atque multiplicabili, quam universalitatem sicut nequit fundare natura divina, quia est de se hæc, ita neque individuat ob eandem rationem, ut bene concludit argumentum. Dices, ergo natura quocumque divina poterit saltem istam fundare universalitatem, quam potest fundare individuat, neque enim majus motivum hinc haberi videtur, ut possit concipi individuat in communi quam ibi, vel falso, & sine ullo prorsus fundamento concipitur individuat, ut universalis, & communis. Resp. quævis tam divina essentia, quam individuatio sit a parte rei de se hæc, adhuc tamen cum majori fundamento potest concipi individuationem sub ratione universalis, quia individuationes sunt plures a parte rei, & ulterius quandam inter se habent similitudinem, & conveniuntiam a parte rei saltem virtuales, & fundamentalem in modo constituendi, & distinguendi individua, quod non habet divina essentia, quæ est unica a parte rei, nec aliam naturam consimilem formaliter, aut saltem fundamentalem a parte rei habere potest, quod sit ut ei omnino repugnet concipi sub ratione universalis, facit tamen hoc argumentum ob aliam confirmationem ex Scoti maiorem ceteris evidentiam habere.

156 Quinto, individuat ex vi suæ rationis formalis habet, quod distinguit, atque multiplicat, at si individuationes conveniunt in conceptu communi individuationis, ut sic, non distinguunt, sed ponunt unitatem, & convenientiam. Confr. quia differentia dividens rationem communem, quatenus dividunt, non possunt convenire inter se, ut constat de differentiis specificis, ergo sicut nequeunt specificæ hæc ratione convenire in aliquo conceptu communi, ita nec etiam individuales. Resp. majorem esse veram de individuatione ut est a parte rei, & prout adequate concipitur, seu est talis essentialiter, & ut quid, tamen inadæquate, seu confuse considerata, ac ut modus, potest esse ratio conveniendi, non quidem a parte rei, sed per intellectum inadæquate concipientem, neque individuat a parte rei nec ipsam constituit, sed individuatibus ipsis, quibus constituntur. Ad Confr. responderetur eodem modo, differentias non distinguere constitutur per ipsas, nisi a parte rei, vel ut adæquate conceptas, sed apud intellectum præsertim inadæquate concipientem possunt etiam esse rationes conveniendi, & hoc ipsum etiam asseri potest de ipsis differentiis specificis invicem comparatis, quia licet secundum se non conveniant in aliquo illorum generum, quæ dividunt, conveniunt tamen in hoc, quod habent similem modum dividendi generis, & constituendi speciem, quam rationem communem describit Porph. cap. de differentiis, cum ait, differentiam esse dividivam generis, & constitutivam speciei.

157 Sexto, individuat in linea prædicamentali importat ultimum gradum entis, quo natura, & omnes gradus illius coordinationis prædicamentalis ultimo terminantur, ergo nequit dari ratio communis individuationis, ut sic, quæ ad omnes individuationes descendat, alioquin non esset ipsa ultimum complementum, sed posset compleri ab aliis, quibus contrahitur. Confr. quia enim est ultimus gradus in prædicamentali coordinatione, sequitur etiam quod sit ultimum distinctivum, igitur impossibile est, unam individuationem convenire cum alia in ratione individuationis, quia tunc non esset ultimum distinctivum. Resp. ita esse a parte rei, quia sicut individuat est ultima realis prædicamentalis, ita etiam est ultimum constitutivum, & distinctivum rerum, verum adhuc ab intellectu inadæquate concipiente potest ipsa quoque intentionaliter partiri in duos conceptus objectivos, quorum unus sit communis, & alter proprius, & secundum priorem poterit adhuc ulterius contrahi, & secari. Dices, ergo dari poterit processus in infinitum. Negatur consequentia, nam a parte rei datur status in ipsis differentiis individualibus, cum sint simpliciter reiales, & in superiores irresolubiles, quomodo autem neque adhuc in conceptibus rationis facti progressus in infinitum, jam dividitur. Log. cit. quæst. 2. art. 1. ubi etiam declaravi tres Scoti rationes, quibus probavi 1. dist. 2. quæst. 3. §. Ad questionem, quod differentias individuales esse primo diversas, nec in aliquo quidditative convenire, loquitur enim de convenientia quoad realitatem, non quoad conceptum inadæquatam, & rationis.

158 Septimo, arguit Ponc. loc. cit. quia si individuat potest esse ratio communis omnibus individuis, vel individuationibus, tunc constitutum per ipsum non esset singulare, sed universale. Tum secundo, quia natura humana v. gr. ideo est universale metaphysicum, quia est sic communis, ergo idem de individuatione dicendum foret, si sic communis esset. Tum tertio, quia ideo Petrus est singularis, & non universalis, quia non est commune pluribus, ergo si individuat est sic communis, nequit esse de se hæc, nec individuum poterit per ipsam constitui in esse tali. Tum quarto, quia illa ratio sic abstracta deberet per alias differentias ad hæc, & illam individuationem contrahi, sicut animal in communi contrahitur ad hominem, & brutum per rationalitatem, & irrationalitatem, & sic daretur processus in infinitum. Tum quinto, quia nequit assignari quædam esset illa natura communis, nec ullus effectus assignari in rerum natura ad quem deserviret, nec quodnam munus reale, & physicum exerceret, quemadmodum humanitas dicitur esse principium operationum rationalium, animalitas sensivarum, & sic de aliis. Tum sexto, quia singulari-

tas sic abstracta deberet habere aliquam naturam communem sibi correspondentem, quam faceret singularem. Sed hæc assignari non potest, ergo &c. Tum demum, quia si Petreitas non conveniat in tali communi conceptu cum Pauleitate, adhuc naturam Petri singularizaret, & constitueret ipsum Petrum formaliter singularem, ergo frustra assignatur talis convenientia ipsius cum Pauleitate in aliquo communi.

Resp. hæc argumenta esse tendere, ut probent hæcæitatem non posse habere talem communem a parte rei, qualem habent alia natura communis, ut humana, equina, &c. quod verissimum est, quia non tribuimus ei communitem nisi per opus intellectus eam inadæquate concipientis, alioquin a parte rei dicitur esse de se hæc, & per se primo singularem. Ad primum itaque gratis concedo nullum constitutum singularem per individuationem, ut sic, quia sub tali abstractione non constituitur singulare, sed ut est a parte rei, quo pacto est de se hæc, & incommunicabilis. Ad secundum individuat nequit dici universale metaphysicum, quia nullam habet communitem a parte rei nec positivam, nec negativam, immo ut exiit a parte rei est de se hæc, & solum per intellectum inadæquate concipientem potest habere communitem. Ad tertium pariter responderetur non esse individuationem de se communem a parte rei, sicut est humanitas, vel animalitas, sed tantum per intellectum inadæquate concipientem. Ad quartum non datur processus in infinitum a parte rei, quia ipsa individuat, ut Petreitas, est reias ultimum constitutiva, & distinctiva a parte rei, & quomodo nec etiam datur talis processus in infinitum apud intellectum inadæquate concipientem dicitur est disp. cit. Log. quæst. 2. art. 4. Ad quintum gratis concedo non posse assignari aliquem effectum, vel operationem realem, cuius individuat in communi sit principium, quia non est aliqua natura communis vera, & realis a parte rei, sicut est humanitas, & animalitas, sed tantum per intellectum habet communitem, & effectus formalis est correspondens in tali statu esse redere naturas communes reiales singulares, & individuas, non quidem in esse exercito, quia tale manus gerit a parte rei, sed veluti in esse signato. Ad sextum individuat, ut sic, nullam respicit naturam, ut per ipsam singularizabilem, quia in eo statu potest habere rationem contrahibilem per intellectum, quam contrahit, quod si habet rationem contrahitivam, hoc habet in esse veluti conceptum, nec exercito, & sic respicit omnes naturas communes reiales indeterminate, ut contrahibilem, non autem certam, ac determinatam. Ad ultimum concessio a sumpto negatur consequentia, quia non assignatur convenientia Petreitas cum Pauleitate in communi conceptu individuationis, ut sic, ex eo quia Petrum constituit in esse singulari, sed ob rationem aliam pro probatione conclusionis.

159 Demum, si possunt ultimæ differentie individuales in conceptu individuationis, ut sic, quidditate convenire, ergo pariter poterunt convenire in conceptu entis, præsertim quia neque ipse entis conceptus fundatur in aliqua reiale contrahibili, ut dicitur est supra disp. 2. de natura entis, sed hoc expressè negat Doctor 1. dist. 3. quæst. 3. §. Ad questionem, ergo &c.

Resp. non desine iniquis Scotias, qui ob hæc rationem admiserunt etiam ultimæ differentias includere quidditative conceptum entis, ita videtur sentire Basol. dist. 2. quæst. 4. art. 3. ubi ait per hoc non tolli, quia sunt adhuc primo diverse, quia univocatio entis non est reias, id est fundata in reialitate a parte rei contrahibili per aliam actualem, quales sunt gradus prædicamentales, sed est secundum conceptum rationis: unde cum hoc adhuc bene fiat, quod ultimæ differentie sint inter se primo diverse a parte rei, quia in nullo conceptu reali a parte rei conveniunt, sic etiam discit Licher. 1. dist. 26. qu. un. §. Sed contra, ubi ait, dico, quod ens eodem modo prædicatur in quid de Deo, & ultimis differentiis, licet de decem prædicamentis alio modo prædicentur in quid, nam de Deo, & ultimis differentiis prædicatur in quid, ut dicitur conceptum non acceptum a reialitate perfectibili ab alio, sed ut prædicatur de decem prædicamentis, sic prædicatum dicit conceptum abstractum a reialitate, ut perfectibili ab alia reialitate. Et quidem hæc modus dicendi magnum videtur habere fundamentum in Doctore 2. dist. 2. quæst. 6. §. Ad questionem, ubi ait, quod unitas simpliciter, quæ est unitas numerica, per se insequitur entitatem individualem, seu hæcæitatem, vel ut propria eius passio; ex quo Scoti assertio ferè arguere licet, omne illud, quod proxime consequitur unitas, est verè, & formaliter ens, cum unitas sit affectio entis, sed hæcæitatem proxime consequitur unitas numerica, quæ est maxima inter omnes, ergo hæcæitatis est formaliter, & quidditative ens.

160 Ceterum longe probabilis est ens non includi quidditative in ultimis differentiis, etiam si dicat reialitatem, sed conceptum rationis, hæc est enim expressa mens Doctoris 1. d. 3. qu. 3. ut probatum est disp. de natura entis quæst. 7. art. 1. quia contrahibile, & determinabile semper est extra rationem contrahitivam, & determinativam, quare cum ens sit primum omnino contrahibile, & determinabile, & individuales differentie ultimo contrahitive, sequitur necessario ens non in eis formaliter, & quidditative includi; & hæc est præcipua ratio, qua utitur Doctor loc. cit. ad probandum ens non includi quidditative in ultimis differentiis, unde parum refert, quod data inclusione quidditative entis in ipsis non ob id tollitur primo diversitas earum, quia etiam hoc admisso adhuc urget illa ratio, quod se habent ad ens, ut ultimo contrahitiva, & ideo debent illud necessario excludere a suo conceptu.

ceptu formalis; ex quo etiam patet non eodem modo comparari ultimis differentiis ad ens, ut sic, & individuationem, ut sic, quia ens respicitur, ut conceptum per ipsas contrahibilem, & ideo illud excludunt a sua ratione formalis, ac conceptum communem individuationem respicitur, ut suum superius, & ideo illum in sua ratione formalis necessario includunt. Quod autem in oppositum adducebat ex Scoto 2. dist. 3. quæst. 6. §. Ad questionem, rectè intelligendum est, non enim proprie intendit ibi Doctor, quod unitas individualis sequatur hæcæitatem, vel ut eius propria passio, sed inquit quod sequitur individuum, seu totum constitutum ex ipsa, & natura, ut eius propria passio, & quod hæcæitatis est ratio, cui talis minor consequatur ad ipsum, sicut a pari unitas formalis, quæ est minor numerari, non consequitur differentiationem specificam, ut eius propria passio, sed totam speciem, & a tota natura specificæ finit, licet differentia sit principium quæ, & determinatum talis consecutionis, sic igitur in proposito dicendum unitatem individualem verè, & proprie totum individuum consequi, ut eius adæquatam subiectum, & a tota natura individuali finit, hæcæitatem vero esse solum rationem determinatam quidem, sed inadæquatam talis consecutionis, & ideo ex hoc inferri non valet, quod sit formaliter ens, & quidditative.

161 Ex resolutione hujus quæstionis resolvitur tandem difficultas adducta a Thomistis in sine præcedentis quæstionis num. 142. contra principium individuationis a nobis statutum, natura enim (dicebant) nequit fieri individua per aliquod commune, per hoc enim medium semper impugnat Doctor opiniones aliorum, sed hæcæitatis ut quod commune pluribus hæcæitatis v. gr. Petreitas, & Pauleitas, non minus communis est, quam sit ipsa humanitas Petro, & Paulo, sicut enim valet dicere Petrus est homo, Paulus est homo, & est prædicatio superioris de inferiori, ita quoque dicere valet, Petreitas est hæcæitatis, Pauleitas est hæcæitatis, ergo &c. Resolvitur, inquam, hæc difficultas, quia quando Scotus inquit naturam per aliquod commune individuari non posse, loquitur de eo, quod est de se commune, vel non de se hæc a parte rei, non autem per intellectum, ut constat ex eo, illius 6. dist. inculcat enim ibi nullam naturam creatam esse posse seipsa formaliter individuum, quia quælibet est de se communis a parte rei, & ideo indiget aliquo contrahivo, quod a parte rei sit de se hæc, & per se primo singulare, & talem ait esse hæcæitatem cuiuscunque rei create, quæ est ultima omnino eius reias in linea prædicamentalis, quod autem talis reias possit inadæquate concipi, & per considerationem intellectualem communitatem rationis indere, non oblat quod adhuc possit poni principium individuationis, nam ad hoc sufficit, quod non sit quod commune a parte rei, etiam si possit intellectus beneficio aliquam rationis communitem induere; patet igitur quomodo a Scoto intelligatur illa major, unde neganda est minor, cum eius probatione, quod nempe hæcæitatis sit communis Petreitas, & Pauleitas, sicut humanitas Petro, & Paulo, quia humanitas est communis a parte rei per differentiam modo explicatam præcedent. disp. ad Petrum, & Paulum, non sic hæcæitatis Petreitas, & Pauleitas, sed tamen per intellectum.

162 Sed dices, ex reali convenientia, & similitudine Petri, & Pauli in natura humana arguimus communitem realem talis nature, sed ita assimilantur, & conveniunt Petreitas, & Pauleitas in natura hæcæitatis, ut Petrus, & Paulus in natura humana, ergo ita communis erit a parte rei hæcæitatis Petreitas, & Pauleitas, sicut humanitas Petro, & Paulo. Resp. negando minorem, quia convenientia, & similitudo Petri, & Pauli in natura humana, equique operationibus est reias actualis a parte rei, & ideo requirit fundamentum reale, & actuale, scilicet realem unitatem, & communitem nature in ambobus per indifferentiam, similitudo verò, & convenientia Petreitas, & Pauleitas in natura hæcæitatis, ut sic, non est reias, & actualis, sed tantum virtualis, & fundamentalis, unde a parte rei illæ dum hæcæitatis sint omnino alterius rationis, & abinvicem primo diverse. Sed dices ulterius, cum in prædicatis quidditative communibus ad hæcæitatem spectantibus ita conveniant Petreitas, & Pauleitas, sicut Petrus, & Paulus in prædicatis ad humanitem spectantibus, cur non utrobique convenientia erit reias, & actualis, vel utrobique fundamentalis solum, & virtualis? Resp. ex Doctore 2. dist. 3. quæst. 6. §. Ad questionem, quia nunquam est tanta convenientia in constitutivitate quanta in constitutis, & omnis differentia differentium debet reduci ad aliqua primo diversa, id est in nullo a parte rei quidditative convenientia, ne datur processus in infinitum, ut docet Arist. 5. Met. cap. de eodem, illa verò primo diversa, ad quæ tandem opus est pervenire in linea prædicamentali, sunt ultimæ differentie individuales, & ideo convenientia earum in ratione communi hæcæitatis nequit poni formalis, & actualis, sed tantum virtualis, & fundamentalis, nec alia immediatior ratio reddi potest hujus difficultatis petitionis.

QUÆSTIO XI.

Inter individua ejusdem speciei datur inæqualitas perfectionis, ac etiam aliqua dissimilitudo major ultra hæc, quod unum non sit aliud.

163 Hæc quæstio duas habet partes, in prima quaeritur, an differentia individualis secum ferat aliquam inæqualitatem, Metaph. P. 2. Tom. V.

tem perfectionis, itaut unum individuum sit perfectius alio in suo esse individuali, quamvis autem hæc quæstio tractari solet specialiter ab Auctoribus de animabus rationalibus, & quærendo an omnes sint in perfectione individuali æquales, vel inæquales, supposito, quod omnes sint ejusdem speciei, quia tamen hæc difficultas communis est ad individua cuiuscunque speciei etiam inanimata, ita etiam de omnibus in univerſum tractanda est hoc loco, sicut enim rationabiliter de animabus pro ponitur, quia videmus unam animam melius, & perfectius altera opera operari, sic etiam proponi, & quaeri debet de ceteris individuis, quia unus ignis est altero calidior, unum vinum vehementius agit, & est altero generosius, una caro favorat altera, & sic de aliis; atque ideo rectè ratione non hanc quaerentem in lib. de anima tractavi, ut sit ab aliis, sed data opera hæc cam diffusi ad communem de omnibus simul, & semel pateret quid sit dicendum. Ut vero sensus quæstionis quoad hæc partem pateat, notandum est hic quaerentem non esse de æqualitate, vel inæqualitate in perfectione accidentali, & extrinseca, nec etiam intensiva, aut extensiva individuum, sic enim apud omnes est exploratum unum individuum esse perfectius alio, quia habet perfectiora accidentia, sic unus est melior complexionis, pulchrioris formæ, & acutionis ingenii, quam sit alter, sic etiam in individuis quantitatis, vel qualitatibus extensivis, vel intensivis admittentibus una linea est altera longior, calor ut quatuor intensior est calore ut duo, atque ideo perfectior intra eandem speciem; sed neque etiam quæstio est de æqualitate, vel inæqualitate in perfectione essentiali, & quidditative, quia sic etiam apud omnes certum est, individua cuiuscunque speciei esse hoc pacto perfectione omnino æqualia, quia differentie individuales non sunt differentie formales, & ad quidditatem spectantes, & ideo nullam secum perfectionem hujus ordinis ferunt, & ideo difficultas est solum de perfectione intrinseca entitativa, quæ in singulis individuis variari non potest, & præcisè consistit in differentis individualibus ipsorum singularium constitutivis.

164 Pariter explicandus est titulus quæstionis quod secundum partem de dissimilitudine, præsertim quia in hoc sensu tractatur solum hæc quæstio a Recentioribus; cum igitur certum sit apud omnes differentias individuales inducere inter individua tale discrimen, ut unum non sit aliud, quaeritur, an tantum hoc discrimen importent, ut unum non sit aliud, an potius possint inducere aliquam adhuc majorem discoventiam intra eandem speciem, & hic similiter non est difficultas de dissimilitudine accidentali, nam hæc omnes concedunt inter individua ejusdem speciei, sed intrinseca, ac entitativa, quæ nimirum indissimiliter spectat ad esse intrinsecum, & individuale rei.

In hac controversia duæ sunt sententiae extreme, & una quælibet media, prima extrema docet, differentias individuales necum secum ferre individuum distinctivum, sed etiam inæqualitatem in perfectione individuali, ita ut ratione individualis differentie non solum hoc individuum, non sit illud, sed etiam perfectius sibi in esse entitativo; pro qua citatur Magister 2. dist. 32. D. Bon. & Riccard. ibid. quæst. 4. art. 1. §. Ad quæst. 4. Div. Thom. part. 1. quæst. 85. art. 7. ubi Cajet. & Bonos Ferrer. contra Gent. cap. 3. Javell. 8. Metaph. quæst. 6. Rovius 2. de Anim. cap. 3. quæst. 3. & alii complures ex Recentioribus, præsertim verò Ariag. disp. 1. de Anim. sect. 7. sub sect. 2. Oviedo. controver. 1. de Anim. pund. 8. §. 4. an autem individualis differentia importet semper necessario hanc inæqualitatem perfectionis universaliter in omnibus individuis, an vero solum in aliquibus, aliqui primum asserunt, ut Pontec. 5. Metaph. cap. 28. quæst. 16. alii secundum, ut Ariag. modo cit. & Averl. quæst. 9. sect. 14. argumenta verò, quæ afferunt, probant præsertim de animabus rationalibus, utpote de quibus specialiter quaeritur hanc tractant. Sic etiam consequenter affirmative respondent ad secundam partem quæstionis de dissimilitudine, nempe reperiri posse, immò & de facto dari differentiam in individuo, quæ præter esse hoc, & esse illud importet aliquam aliam majorem discoventiam intra eandem speciem, quod probant præsertim ex actu visionis, quo conspiciuntur alia albedo numero, hi namque actu non solum differunt, eo quod sint hæc, & illa visio, sed etiam quia ordinantur ad diversa objecta, & hic ordo est intrinsecus, & substantialis illis, non accidentalibus, & idem contingit in relationibus, quæ sunt ad terminos ejusdem rationis, in omnibus actibus cognitionis, & appetitus in motu, atque præsentia locali, in actionibus, quibus producentur termini ejusdem rationis, & aliis hujusmodi accidentibus, & ita sentire videntur Pontec. 5. Metaph. cap. 10. quæst. 7. sect. 3. & 4. & Suar. disp. 5. Metaph. sect. 8. num. 15.

Hoc autem sic declarat Ariag. cit. quia illa tantum specie differre dicuntur, quæ inter se notabiliter differunt, & sunt notabiliter dissimilia, unde si aliqua duo veniantur differre etiam in prædicatis intrinsecis, si tamen per talia prædicata non sunt notabiliter dissimilia, non debent dici specie differre, sed tantum numero, & adhuc dici debet talis dissimilitudo illis convenire numero differentiarum individualium, quia non convenit eis ratione differentiarum, quæ faciunt notabiliter differre, quales sunt solum differentie essentielles, & specificæ; ex quo inferri, quod licet plus intrin-

intrinsecè differant duæ visiones ad diversas numero albedines terminatæ, quam plures terminatæ ad eandem albedinem, quia tamen non notabiliter differunt, non debent censi specie distinctæ, sed tantum numero ratione differentiarum individualium; Ovid. autem loc. cit. licet cum Ariag. conveniat, quod sola differentia notabilis est differentia specifica, & ideo prædictas visiones specie non differre, non tamen vult eas differre tantum numero, nec ratione differentiarum individualium præcise, sed ratione alicujus prædicati communis illis omnibus, quæ terminantur ad eandem albedinem, quod non convenit illis, quæ terminantur ad diversas, quod quidem quia non facit differre plerumque numero, unde consequenter admittit dari debere aliquam differentiam intrinsecam, & communem pluribus, quæ illa ab aliis pluribus numero distinguit, non tamen specificè, quia non distinguit notabiliter, & prædicatum illud commune, quod est causa talis differentie mediæ inter specificam, & individualem, vel consequenter dicendum esse medium inter specificum, & individuum, scilicet, minus universale specifico, & latius patens individuali.

165 Alia sententia extrema omnino negat hanc inæqualitatem perfectionis inter individua ex differentiis individualibus procedentem, & allerit totum minus differentie individualis in eo consistere, quod hoc sit hoc, & illud sit illud, & sic etiam pariter respondet ad alteram quæstionem quod differentie individuales nullam majorem inconvenientiam, & dissimilitudinem inducant inter individua ejusdem speciei præter illam, quod unum non sit alterum, & sic consequenter dicit, quod visiones ad diversas numero albedines terminatæ ab aliis pluribus ad eandem numero albedinem terminatis differunt specie, vel si numero tantum differant, disconvenientiam majorem inter has, vel illas repetam non esse intrinsecam, sed accidentalem, & extrinsecam, quatenus licet sit inseparabilis ab eis, tamen non est de earum ratione formali, quia talis inseparabilitas procedit tantum ex identitate reali cum ipsis illius determinati ordinis ad hanc numero albedinem, vel illam, non autem ex identitate formali, & essentiali, pro qua citantur Henric. quol. 3. qu. 9. Durand. 1. dist. 32. qu. 3. Argem. ibid. quæst. 1. art. 2. Soncin. 8. Metaph. quæst. 27. Sotus in Log. cap. de Substant. quæst. 2. art. 5. Zimar. quæst. 44. Tolet. 3. de Anim. quæst. 18. Pasqualig. tom. 2. Metaph. disp. 44. & hæc p. Scoti, & Scotilorum locis non citandis.

167 Relp. rursus non esse diversitatem specificam, quia non est notabilis, unde inter in duabus actionibus respicientibus ignem A. v. gr. prædicatum commune respicienda hoc principium non facere illas specie differre ab actionibus, quæ non possunt hoc principium attingere, sed aliud diversum debent respicere, quia per illud hæc actiones non notabiliter sunt dissimiles, respicere enim magis hanc actionem, quam illam prudentiæ estimatione parvi fit, ac proinde non sufficit ad differentiam essentialem constituendam, & specificam. Contra, quia ut bene arguit Poncius disp. 6. Log. qu. 10. in fine valde notabilis differentia est, quod hæc actio nequatur etiam de potentia Dei absoluta procedere ab illo principio, a quo procedit illa, neque hæc visio possit se extendere ad album, quod est objectum alterius, & certè etiam ex prudenti hominum estimatione multa censentur species distingui, in quibus non apparet tam notabilis differentia, qualis versatur inter prædictas actiones, & visiones, ut constat de multis herbis, piscibus, atque lapidibus. Deinde vanum omnino est, esse essentialem, & specificam rerum differentiam velle suspicari ex moralium hominum estimatione, quia quælibet res hæbet ex se independentem ab illa sua prædicata intrinsecam, & essentialiam; tum quia apud morales parva differentia duorum potest pervipendi, ut ipse facit Ovid. quæ apud philosophos potest esse essentialis differentia, Tum quia cum dicitur specificam differentiam inter ea tantum versari, quæ notabiliter differunt, vel id intelligunt de notabilitate se tenente ex parte rei, vel ex parte nostri, ita ut non deprehendamus tale notabile discrimen inter illa, ideoque specie distingui dicuntur, non secundum, quia non deprehensio a nobis tali discrimine notabiliter inter leonem, & ovem, adhuc specie distinguuntur, si primam, ergo dicam differentiam plurimum numericam, si fiat per prædicata essentialia, & intrinsecam, non vero per accidentia, esse notabilem differentiam, quantum sufficit, ut dicitur per se.

168 Dico 2. non dari inæqualitatem perfectionis entitativæ inter plura individua ejusdem speciei. Hanc dixi esse sententiam Scoti disp. 5. de Gener. & Corrupt. quæst. 5. art. 2. quævis enim 8. Metaph. quæst. 3. videtur in hæc re problematicè procedere, dum disputat, an substantia suscipiat magis, & minus, tamen in libr. sentent. pluries fævet huic conclusioni negativæ, ut videtur esse in 2. dist. 16. quæst. unic. in fine, ubi negat potentias animæ in uno esse perfectiones, quam in alio, & dist. 20. quæst. 2. ubi reget individua speciei humanæ posse esse indifferentia a quolibet parente, sicut & in aliis speciebus, quod fieri non possit, si individua in genere substantiæ essent inæqualis perfectionis individualis, quia imperfectius non potest producere perfectius, idem colligitur ex 4. dist. 44. quæst. 1. supra F. ut ibi deduco num. 134. ubi etiam pro hac conclusione adduxi Tatar. capit. de substantia quæst. 2. dub. 2. Bargium 1. dist. 8. quæst. 2. §. Ad aliud de tributione. Mairon passu 17. in prædic. Cavell. disp. 1. de Anim. sect. 10. & optime defendit Poncius loc. cit. vide ad hoc alia loca Scot. supra disp. 8. quæst. 7. num. 27. ubi sicut Doctor petit in speciebus inæqualitatem, ita æqualitatem in individuo. Hanc vero conclusionem loc. cit. de Gener. probavit specialiter de substantia materialibus, ut ostenderem eas non suscipere magis, nec minus, nedum indivisibiles, & inextensibiles, ut asserbant Averrois, sed neque etiam indivisibiles, & simul, ut tenent Thomistæ, cum quibus in hoc nunc concordant nonnulli Scoti, ut ibi dixi, & probationem deduxi priori num. 135. ex eo, quod importat suscipere magis, & minus in formis materialibus, ut communiter explicatur, hoc enim aliud non est, quam plures portiones ejusdem

Respondet Ovid. tale prædicatum, quod convenit duabus visionibus ab eadem potentia procedentibus, & in idem album tendentibus non esse individuale, quia convenit pluribus nec etiam esse specificum, quia non notabiliter discriminat istas duas visiones ab aliis visionibus ad aliud album terminatis, ac individuale, ac etiam differentiam in ipsa radicatum, quia nec est pure individualis, cum convenit pluribus, nec pure specifica, quia non est notabilis. Sed ista responsio inverit principia logica, & metaphysica, nam ex sequitur speciem specialissimam non esse æthoriam, nec immediate per individuales differentias contrahi ad sua individua in linea prædicamentali. Respondet rursus tale prædicatum medium inter specificum, & individuale non pertinere ad lineam prædicamentalem, neque de illo agere metaphysicos, vel Dialecticos, cum rationem supremam prædicamentalem usque ad ultimam rationem partiantur, quia parum de natura horum prædicatorum cognoscenda curatur, cum non notabiliter ex illorum diversitate constitutum esse illorum aliquo differat. Sed contra, quia hoc prædicatum pertinet ad constitutionem intrinsecam illorum individuum, quibus est commune, ergo debet, & ipsum pertinere ad lineam prædicamentalem, sicut ceteri gradus metaphysicis; Tum quia gradus individuales minus notabiliter differre faciunt, quam hæc prædicata intermedia ab his Actionibus inventa, ergo si non sunt scilicet, debent ab illis curari Dialectici, sicut curantur de aliis. Et præterea admissis hanc etiam prædicata intermedia, si major diversitas, quam intermedia habetur ratione ipsorum, non autem ipsorum individuationum, iam non responderet quæstio proposito, quod solum procedit de diversitate ab individuationibus proveniente, non autem ex alio capite; Tum quia hæc major diversitas, quam numeralis, si fit per prædicatum essentialia aliquo modo, & intrinsecum, erit diversitas specificæ.

169 Secundo probatur conclusio rursus ratione a priori, & generali pro omnibus individuis differentie; namque individuales, & ultimo constitutiva non sunt entia quanta, quæ scilicet dicant perfectionem, & quantitate virtutis, ut ostendi disp. 7. Metaph. quæst. 2. num. 31. ex Doctore quol. 5. in fine, & quol. 19. art. 2. infra litt. D. & clarius ibidem infra litt. R. ubi aptè prædictum non videtur convenire, nisi entitati quiddam, quia entitas hypostatica non est secundum quam aliquid perficitur, sed secundum quam aliquid recipit perfectionem, vel saltem determinatur ad perfectionem receptam, adeo quod secundum Doctorem differentia individualis non tam est perfectio, quam perfectionis determinatio, & hujus ratio est, quia sicut ipsa non includit formaliter, & directè rationem entis ex dictis disp. 2. de natura entis quæst. 7. art. 1. ita neque includit propriam, & formalem bonitatem, nec consequenter propriam quantitatem perfectionis, quæ est modus intrinsecus propriæ, hæc enim est fundamentum illius, si ergo differentie individuales non sunt entia quanta, consequenter æqualitas, vel inæqualitas in perfectione ipsi competere nequit, quia istæ sunt passionis solius entis quanti, ut loc. cit. dictum est, unde quando dicimus omnia individua ejusdem speciei infimæ esse æqualia in perfectione entitativa, hoc non debet accipi in rigore, & positivè quæst. 1. param gradum perfectionis includant singula, quia nullum talem formaliter includunt, sed debet potius intelligi negativè, quatenus nullum individuum, ut sic, aliquid gradum perfectionalem includit, & hæc apud Scotitæ esse debet ratio a priori, cur in quacumque specie nullum individuum possit esse perfectius alio; neque aliter responderi potest, quam negando differentias individuales non includere formaliter rationem entis, quod satis superque loc. cit. probatum est. Confirm. quia fatentur omnes individua ejusdem speciei esse æqualia in perfectione essentiali, & specificæ, quia omnia, & singula natura ejusdem rationis participant, in qua talis æqualitas fundatur, ergo cum dicimus individua ejusdem speciei esse æqualia in perfectione individuali, ac entitativa, non debet id accipi positivè, quia tunc sequeretur individua ad talia, participare aliquam entitatem ejusdem rationis, in qua talis æqualitas fundaretur, quod omnino repugnat, quia individua ratione individuationis sunt primo diversa, nec aliquam entitatem ejusdem rationis participant præter naturam specificam; debet ergo intelligi solum negativè, quatenus nullum individuum, ut tale, nullam formaliter perfectionem includit ratione individuationis.

170 Tertio quia ratio modo allata concludit solum in principiis Scoti. prob. ulterius, quod concessio etiam unamquamque individuationem peculiarem perfectionem asserre suo individuo, non adhuc potest dici, quod una majorem perfectionem asserat, quam alia; idque probat ex effectu formalis individuationis, qui est terminare naturam incommunicabilem, reddereque individuum unum quid certum, & designabile, & incommunicabile, cum enim hic effectus formalis individuationis sit æqualis in omnibus, æqualis etiam erit causa formalis eius, quæ est individuat, quod conferendam hanc individualem perfectionem, consequentia patet ex proportionem effectus formalis cum sua causa, quod enim causa formalis est perfectior, perfectior quoque effectus formalis ab ea dimanat; probatur assumptum, non enim magis incommunicabiliter terminatur natura per unam individuationem, quam per aliam, neque per Preteritatem magis quid certum, & designabile, ac incommunicabile redditur Petrus, quam Paulus per Pauleitatem; ergo effectus formalis individuationis non est perfectior in

formæ specificæ invicem uniri, & compenetrari ad constituendum unam formam perfectiorem, unde cum talis unum gradus, seu gradum individualium substantiæ repugnet, ut ibi probatur, conclusio nullam formam substantiæ materialem magis, & minus suscipere in individuo, nec unam esse individualiter alia perfectiorem; quod ex deinde deduco num. 136. hæc de causa neque in animis rationalibus talem inæqualitatem admitti posse, quia cum anima sit substantia indivisibilis, tam extensivè, quam intensivè, ut Angelus, non potest talem unionem, vel compenetrationem plurium graduum individualium in se admittere, vel certè alio modo explicanda erit hæc inæqualitas perfectionis in substantiis spiritualibus.

Quod si dicitur in substantiis spiritualibus individualem perfectionem importare, non quidem illam gradum pluralitatem, sed modum quendam substantialem, per quem natura determinatur ad hoc, & illud individuum, atque ita unum individuum esse altero perfectius, est habere unum modum substantialem perfectionem; quod constituitur in esse tales individui sic perfecti, qui substantialis modus ipsa à differentia individuali non differt. Hæc responsio ibi rejecta est num. 177. quia si in rebus materialibus hæc majoritas, vel minoritas perfectionis individualis explicatur per latitudinem graduum, seu pluralitatem graduum individualium ejusdem formæ, sic pariformiter deberet explicari in formis immaterialibus, vel si in istis talis inæqualitas explicatur per varietatem modi cujusdam substantialis, sic etiam deberet explicari in materialibus, vel in omnibus negari; Tum quia vel hic modus substantialis à natura dimanat, vel à differentia individuale, si primum, iam non erit hic modus perfectior in uno individuo, quam in alio, cum natura in omnibus sit ejusdem rationis, si secundum asseratur, adhuc idem sequitur, quia differentie individuales antecedenter ad talem modum ponuntur in perfectione individuali omnino æquales, vnde hanc rationem loc. cit. sustulimus deducimus.

171 Quarto hinc potest alia ratio deduci, quia minus differentie individualis, ut sic aliud non est, quam facere naturam hanc, & individuum, & facere quod hoc individuum non sit illud, neque eius minus perfectius extenditur, & tota hæc distinctio inter individua habetur virtute ipsius, abque excessu perfectionis minus perfectius alii; ergo talis excessus potest differentias individuales attendi nequit, quia tota virtus hæc extensitas exhoritur in hoc, quod faciat hoc individuum non esse illud, non autem quod faciat hoc individuum perfectius alio. Confirm. quia quicumque perfectionis excessus admittatur inter individua inducit inter ea majorem distinctionem, quam numericam, & individualem, ut de patet & Adversarii concedunt, dum dicunt distinctionem individualem salvari absque excessu perfectionis, sed differentia individuales, quantum est ex natura ipsarum, nequeunt majorem distinctionem causare, quam individualem, scilicet, quod hoc non sit illud, ut conclusionem sequenti probabitur, ergo per eas nequit inter individua haberi inæqualitas perfectionis.

Respondent alii quædam esse ex vi individuationis, ut sic, haberi solam distinctionem individualem, quod faciat esse hoc, & illud, sed ratione talis individuationis posse haberi aliam, quam majorem distinctionem. Sed hæc solutio rejicitur ex dictis quæst. præced. ubi conclusum est omnes differentias individuales esse a parte rei primo diversas, nec dari conceptum individuationis realem (sed ad sumum per intellectum) qui contrahatur ad talem, & talem individuationem; ergo nequit a parte rei distingui individuat ut sic, ab individuatione tali; tum quia si tot formalitates possent in eadem hæc extensitas distingui, ut secundum unam daret distinctionem individualem, & secundum aliam distinctionem majorem, tunc dici posset, quod etiam daret distinctionem specificam, immò & genericam multiplicando in ea formalitates. Ideo Ovid. loc. cit. ait, quod excessus perfectionis fundaretur in illo prædicato communi, quod aliqua individua ejusdem speciei participarent non participatum ab aliis, & per tale prædicatum distinguerentur ab eis. Sed jam præced. conclusione ostensum est non dari tale prædicatum commune medium inter specificum, & individualem, Deinde quia ipso etiam admissio, si talis major distinctio non habeatur ratione individuationis, jam sumus extræ præsentem quæst. quæ procedit de distinctione, & perfectionem, quæ præcise potest haberi ab ipsis individuationibus; tunc tandem quia data opposita sententia non apparet, cur sicut plura in individuo sunt alia excedere in perfectione, ita quoque unum significatum sumptum nequeat aliud excedere, quod casu dicitur ruit ista responsio, quia tunc illud excederet non ratione alicujus prædicati sibi communis cum aliis, sed præcise ratione suæ hæc extensitas.

172 Quinto dantur aliqua individua ejusdem speciei, in quibus nullus cernitur perfectionis excessus, ut constat in rebus homogeneis, si enim aqua in plures dividatur partes, confluentur plura individua, quæ sunt æque perfecta in esse individuali; sed est eadem ratio de istis, & omnibus aliis cujuscumque speciei; ergo omnia prorsus erunt ejusdem perfectionis individualis; probatur minor, quia in aliis quoque individuis aliarum specierum non aliud reperitur in ipsis præter naturam specificam, nisi propriæ aquis differentie individuales, cum ergo in exemplo allato de pluribus unius individui super alia, idem dicendum erit de individuis aliarum specierum, quia quantum ad hoc omnes in individuales differentie sunt ejusdem rationis in quacumque specie. Confirm. quia si aliqua inæqualitas perfectionis ex differentia individuali provenire posset, maxime proveniret ex differentia individuali animarum rationalium, eo quia videmus unam operari melius alia, & ex perfectiori operatione arguitur perfectior forma, sed hoc non est sufficiens, ut talis inæqualitas ponatur in ipsis, ergo non est

uno individuo, quam in alio, sed æqualis. Confirm. ut enim unum individuum diceretur perfectius alios in esse individuali, opus esset, ut per suam individuationem magis completeretur, & terminaretur in esse certo, designato, & incommunicabili, quam aliud individuum per suam; sed hoc est impossibile, quia unumquodque individuum est æqualiter incommunicabile ulterius, quia individuat in unoquoque est ultimum complementum, & ultimus terminus quoad communicabilitatem, ut quod, cum ergo unum individuum non possit perfectiori modo se habere, quam aliud, quoad esse incommunicabile, plane nequit unum esse perfectius alio quoad individualem perfectionem. Hæc ratio adducitur etiam à Pasqualig. loc. cit. sed potest inferri ex paritate assumpta de speciebus quoad communicabilitatem, nam omnes sunt æque communicabiles, nec una est communicabilior alia, & tamen adhuc in perfectione quiddam, & essentialia sunt inæquales, ergo pariter dicendum est de perfectione individuali, quod licet unum individuum non sit incommunicabilior alio, adhuc potest esse perfectius individualiter. Verum hæc instantia facit præcluditur, quia non est eadem ratio quoad hoc de differentia specifica in ordine ad speciem, & individuali quoad individuum, specifica namque non solum confert speciei esse communicabile, sed etiam gradum essentialis, qui potest esse nobilior, & perfectior gradum essentialis collato per aliam, ut patet de rationali, & irrationali; hoc autem asseri nequit de differentis individualibus, nam illæ dant præcise esse hoc determinatum, & incommunicabile, quod ab omnibus, & singulis eodem prorsus modo præstatur, & ideo ex ipsis nulla potest attendi inæqualitas perfectionis individualis.

173 Quarto hinc potest alia ratio deduci, quia minus differentie individualis, ut sic aliud non est, quam facere naturam hanc, & individuum, & facere quod hoc individuum non sit illud, neque eius minus perfectius extenditur, & tota hæc distinctio inter individua habetur virtute ipsius, abque excessu perfectionis minus perfectius alii; ergo talis excessus potest differentias individuales attendi nequit, quia tota virtus hæc extensitas exhoritur in hoc, quod faciat hoc individuum non esse illud, non autem quod faciat hoc individuum perfectius alio. Confirm. quia quicumque perfectionis excessus admittatur inter individua inducit inter ea majorem distinctionem, quam numericam, & individualem, ut de patet & Adversarii concedunt, dum dicunt distinctionem individualem salvari absque excessu perfectionis, sed differentia individuelles, quantum est ex natura ipsarum, nequeunt majorem distinctionem causare, quam individualem, scilicet, quod hoc non sit illud, ut conclusionem sequenti probabitur, ergo per eas nequit inter individua haberi inæqualitas perfectionis.

Respondent alii quædam esse ex vi individuationis, ut sic, haberi solam distinctionem individualem, quod faciat esse hoc, & illud, sed ratione talis individuationis posse haberi aliam, quam majorem distinctionem. Sed hæc solutio rejicitur ex dictis quæst. præced. ubi conclusum est omnes differentias individuales esse a parte rei primo diversas, nec dari conceptum individuationis realem (sed ad sumum per intellectum) qui contrahatur ad talem, & talem individuationem; ergo nequit a parte rei distingui individuat ut sic, ab individuatione tali; tum quia si tot formalitates possent in eadem hæc extensitas distingui, ut secundum unam daret distinctionem individualem, & secundum aliam distinctionem majorem, tunc dici posset, quod etiam daret distinctionem specificam, immò & genericam multiplicando in ea formalitates. Ideo Ovid. loc. cit. ait, quod excessus perfectionis fundaretur in illo prædicato communi, quod aliqua individua ejusdem speciei participarent non participatum ab aliis, & per tale prædicatum distinguerentur ab eis. Sed jam præced. conclusione ostensum est non dari tale prædicatum commune medium inter specificum, & individualem, Deinde quia ipso etiam admissio, si talis major distinctio non habeatur ratione individuationis, jam sumus extræ præsentem quæst. quæ procedit de distinctione, & perfectionem, quæ præcise potest haberi ab ipsis individuationibus; tunc tandem quia data opposita sententia non apparet, cur sicut plura in individuo sunt alia excedere in perfectione, ita quoque unum significatum sumptum nequeat aliud excedere, quod casu dicitur ruit ista responsio, quia tunc illud excederet non ratione alicujus prædicati sibi communis cum aliis, sed præcise ratione suæ hæc extensitas.

174 Quinto dantur aliqua individua ejusdem speciei, in quibus nullus cernitur perfectionis excessus, ut constat in rebus homogeneis, si enim aqua in plures dividatur partes, confluentur plura individua, quæ sunt æque perfecta in esse individuali; sed est eadem ratio de istis, & omnibus aliis cujuscumque speciei; ergo omnia prorsus erunt ejusdem perfectionis individualis; probatur minor, quia in aliis quoque individuis aliarum specierum non aliud reperitur in ipsis præter naturam specificam, nisi propriæ aquis differentie individuales, cum ergo in exemplo allato de pluribus unius individui super alia, idem dicendum erit de individuis aliarum specierum, quia quantum ad hoc omnes in individuales differentie sunt ejusdem rationis in quacumque specie. Confirm. quia si aliqua inæqualitas perfectionis ex differentia individuali provenire posset, maxime proveniret ex differentia individuali animarum rationalium, eo quia videmus unam operari melius alia, & ex perfectiori operatione arguitur perfectior forma, sed hoc non est sufficiens, ut talis inæqualitas ponatur in ipsis, ergo non est

nus in aliis, major patet, quia hac de causa praesens quaestio specialiter agitatur de animalibus rationalibus ab Auditoribus potius, quam de aliis individuis. Probatur minor, quia quicquidque ex excessu perfectionis reperitur quoad operationes quoad diversa tempora, magna namque variatio continetur in ipsis, dum homo est puer, juvenis, vel senex, magna etiam contingit ex quibusdam moribus, & quidem non quia eadem anima modo fit perfectior, modo imperfectior seipsa substantialiter, sed ex varia temperie corporis, & organorum, quae modo magis, modo minus purgata sunt, cum ergo talis differentia, vel varietas in operationibus animae sufficienter colligitur ex sola diversitate temperamenti accidentalis, & aliorum humorum sine ulla prolixitate diversitate substantiali, aut individuali corporis vel animae, male ex hoc capite arguitur excessus perfectionis substantialis unius animae super aliam. Confirm. adhuc, quia si ex perfectiori operatione volumus temperare majorem perfectionem substantialem in operante, tunc talis perfectio, vel perfectio excessus tribui debet naturae potius, quam individuali differentia, quia natura est ratio agendi, differentia vero individualis tantum conditio agendi, vel agendi, ergo talis inaequalitas nullo pacto ex parte differentiarum potest attendi. Demum pro hac conclusione est expressa Aristot. auctoritas 3. Metaph. 11. ubi in individuis eisdem speciei docet non dari prius, & posterius, hoc est, magis, & minus perfectum, ut colligitur ex verbis textus, quae ponderavi disp. cit. de Gen. num. 133.

173. Dico tertio inter individua eisdem speciei ex vi individuationis majorem substantialem dissimilitudinem, vel diversitatem reperiri non posse praeter hanc, quod unum non est aliud, dixi substantialem, quia major distinctio accidentalis, utique haberi potest supra esse hoc, & esse illud, nimirum aut ratione intentionis, vel extensionis, vel alterius accidentis, consequentis hanc individualem differentiam, vel illam. Conclusio haec sequitur ex praecedenti, ubi probatum est quaecumque excessum perfectionis contrariae reperitur inter individua, si daretur, inducere inter illa majorem distinctionem, quam fit individualis, id est quod hoc non sit illud, & ideo cum ubi probatum fit non dari talem excessum inter individua eisdem speciei, sequitur inde non dari posse talem majorem dissimilitudinem inter illa, unde & eisdem ratione probatur, sicut illa, eadem sunt principia constitutiva, & distinctiva, & eodem prolixo modo, quo constitunt, etiam distinguunt, ut quae specificae constitunt, specificae etiam distinguunt, & quae individualiter constitunt, individualiter quoque tantum distinguunt, non autem distinctione majori, sed differentia individualis tantum individualiter constituit, ergo tantum individualiter distinguunt, major est probata, minor de se patet, & consequentia est clara, & hoc argumentum adeo evidens mihi videtur, ut non videam quid probabiliter responderi possit; Si namque dicitur ex vi individuationis, ut sic, haberi utique solam individualem distinctionem, sed ratione talis individuationis posse haberi aliquam majorem. Praeterea quod haec ex vivo praesentia est paulo supra num. 171. eodem argumento rejicitur, quia ratio superior majorem distinctionem causat, quam inferior, quia est universalior, & distinguit secundum esse magis commune, si ergo ratione individuationis, ut sic, habetur tantum individualis distinctio nimirum, quod hoc non sit illud, implicat quod possit haberi distinctio major per eadem individuationem, quia haec est ratio inferior ad illam. Et si dicitur cum Ovidio, talem distinctionem majorem haberi ratione praedicatae communis, quod possunt aliqua individua sub eadem specie participare, & non alia, hoc etiam num. 171. cit. refutatum est. Confirm. quia distinctio individualis, quae facit hoc non esse illud, est ultima, & minima distinctio inter omnes distinctiones substantiales, ergo si datur, vel dari potest major distinctio substantialis inter individua eisdem speciei praeter esse hoc, & illud, haec erit diversum genus quoddam ab individuali distinctione, neque per differentias individuales poterit haberi; prima consequentia patet, quia si est major distinctio, quam esse hoc, & illud, ergo non est individualis distinctio, quia haec ex suo genere est ultima, & minima inter omnes; alia consequentia etiam patet, quia per differentias individuales non nisi individualis distinctio haberi potest.

174. Deinde si esset major distinctio inter plura individua eisdem speciei praeter esse hoc, & illud, & talis distinctio est per praedicata intrinseca, & substantialia, sequitur contradictio, quod essent, & non essent eisdem speciei, essent quidem ex suppositione, non essent autem, quia dicuntur differre per praedicata intrinseca, & substantialia, est essentialis, & specificae distinctio, sicut enim nequit dari praedicatum substantiale medium inter individuale, & specificum, ita nequit dari distinctio media inter specificam, & numeralem, ut constat ex dictis in prima Conclusionem contra Ovidium, & Averlram. Confirm. quia modo arguimus hominem, & equum specie distingui, quia ex operationibus arguimus inter ea majorem diversitatem, vel dissimilitudinem, quam quod non sit illud, ergo si talis dissimilitudo major reperitur inter plura individua eisdem speciei, & habetur per praedicata intrinseca, & substantialia, poterit hinc deduci, quod non sint eisdem, sed diversae speciei, sicut eadem ratione deducimus, Petrum, & Brunellum specie distingui. Dices non quaecumque praedicata intrinseca, & substantialia, si sint diversa, inferre inter

sua constituta specificam diversitatem, sed solum quando sunt quiddamativa, & essentialia, qualia non sunt quae distinguuntur, quia individua unius speciei. Contra, quia talia praedicata si dantur, essent intrinseca, & communia pluribus, ergo nihil eis deesset, ut essent quiddamativa, & essentialia, & consequenter specificae distinguerent sua constituta ab aliis, consequenter patet, quia Philosophi per praedicata quiddamativa, & essentialia, intelligere solent praedicata intrinseca, & communia pluribus. Et si dicas cum Ariano, & Ovidio, talia praedicata non distinguere specificae, quia non distinguuntur notabiliter, haec ex vivo praesentia est supra num. 167.

Argumenta ad oppositum soluta.

175. IN contrarium Primo obijciunt contra secundam conclusionem, quod sicut genus contrahitur per differentias specificas inaequales, ita etiam contrahi debet species per numerales. Deinde arguit Ariano, cit. lib. 1. c. 2. quia cognitio de Petro solo non differt specie a cognitione de Joanne, & Paulo simul perfectior est, quia plus obiecta representat, quam cognitio de solo Petro, ergo duo individua eisdem speciei possunt esse in aequalia. Rursus arguit Ovidius, cit. 6.4. num. 30. duo individua possunt habere aliquod praedicatum ipsis commune, quod non fit commune aliis, ergo possunt in hoc praedicato physice superare praedicatum illi correspondens in aliis individuis, ergo secundum hoc praedicatum possunt haec individua esse alius perfectiora, ergo inaequalia. Tandem arguit ex auctoritate Salom. cap. 8. ubi Deo refert gratias, quod animam bonam sortitus sit in comparatione ad alios homines, & ex Arist. 2. de generat. animal. cap. 3. ubi ait, sicut anima est perfecta magis, vel minus, ita corpus preparat.

Resp. negando paritatem, quandoquidem differentis specificae inaequalitas perfectionis non repugnat, bene tamen individualibus, ut probatum est. Ad secundum supponitur fallum in argumento nempe cum Petrus, & Paulus simul cognoscuntur, cognoscitur eodem actu, nam pluribus adibus saltem numero, distinctis cognoscitur jam ostendi contra Ariano, disp. 6. de Anim. quaest. 9. Ad tertium negatur assumptum, nam tale praedicatum intrinsecum, & commune pluribus individuis eisdem speciei, non autem omnibus, repugnat monstratum est conclusione prima, quo etiam admisso, si in ipso fundatur inaequalitas perfectionis illorum individuum, jam non habebitur ex ipsis differentis individualibus, sed ipsae adhae aequales erunt. Ad ultimum, gratias Deo refert Salomon, quod accepit animam meliorem non quidem substantialem, sed accidentaliter ratione dispositionis corporalis, ac donorum superadditorum gratiae, & naturae, quo lenius etiam intelligi debet, quod communiter dicitur animam Christi Domini fuisse perfectiorem animae Judae, Aristot. loc. cit. loquitur de animalibus specie diversis, quod contendatur loqui de eisdem specie, interpretandus est de majori perfectione accidentali; cetera argumenta contra hanc conclusionem urgentia tum de amissionibus, tum de aliis formis materialibus soluta sunt disp. 5. citat. de Gener. quaest. 5. art. 2.

176. Secundum arguit Ariano, contra secundam conclusionem Petrus, & Paulus sunt individua eisdem speciei, sed tamen habent majorem dissimilitudinem inter se, quam numericam, ergo &c. probat minor, quia Petrus, & Paulus includunt unionem magis inter se dissimiles, quam esse hanc, & hanc, ergo & ipsi inter se magis differunt, quam quaecumque, etiam non specificae, consequentia patet, probatur antecedens, quia unio Petri ex se determinatur ad materiam, & formam Petri, itant non possit poni inter materiam, & formam Pauli, haec autem non est sola, & pura differentia numeralis, quia talis differentia veritatur quoque inter plures uniones possibiles inter materiam, & formam huius, vel illius, ergo est differentia major numerali, & tamen non est specificae.

Respondet Poncius cit. negando minorem, ad cuius probationem ait, quod Petrus, vel Paulus non includit talem unionem, ut habet illam majorem differentiam, esset enim idem numero Petrus, quamvis illam non includeret, sed aliam quamcumque. Quod si Petrus ex natura sua peteret talem unionem, particularem pliusquam numero distinctam ab unione, quam peteret Paulus, dicendum esset, quod essent distinctae speciei, nec referret, quod communiter reputentur esse eisdem speciei, quia considerantur communiter, ut homines, & ut includunt formalitates specificas ad esse hominis, quia homo est praesens, casus quae consequuntur ad illas formalitates, merito veniunt eisdem speciei inter se habent dissimilitudinem, merito veniunt eisdem speciei inter se, quamvis secundum alias constitutiones essent diversae speciei. Haec solutio falsa est, quod utramque partem, quoad primam quidem, quia fallum est, quod Petrus esset idem numero homo, si haberet unionem Pauli, quia illa unio habet diversos numeros terminos, & fundamenta, unde Petrus habendo unionem Pauli, non haberet eandem numero materiam, & formam, ex quibus modo constat, & sic non esset idem numero homo, impossibile ergo est Petrum, ut sic, consisti ex unione Pauli. Quoad aliam partem adhuc fallior est, quicquid enim non nisi mente capere concederet Petrum, & Paulum esse distinctae speciei? nec referret, quod inquit debere dici absolute loquendo eisdem speciei, quia considerantur communiter homines, ut includunt formalitates specificas ad esse

esse hominis, ut sic, nempe animalitatem, & rationalitatem; non inquam, sed sicut ad evitandum hoc absurdum, quia negant Adversarii unionem non pertinere ad essentialia compositi, tum quia haec quadrat maxima illa Scoti, & generalis regula ab eodem asserita 2. d. 1. q. 6. ad 1. scilicet, quod quaecumque differentia sufficit ad distinguendum, sed non quaecumque identitas sufficit ad periclitandum identitatem aliorum; unde iuxta hanc regulam Petrus, & Paulus ex diversitate specificae unionum suarum deberent simpliciter, & absolute dici specie differre potius, quam convenire ratione animalitatis, & rationalitatis.

177. Responderi itaque potest melius tripliciter, primo negando minorem, quod distinctio inter unionem Petri, & Pauli fit major, quam numerica, & ad probationem dicitur, quod illa major diversitas, quam habere videntur praeter numeralem, non est eis intrinseca, sed accidentalis, & extrinseca ratione diversitatis extremorum, ut magis mox explicabitur in solutione sequentis argumenti. Vel concessa talis diversitate inter illas uniones, adhuc negatur consequentia hinc deducta, quod nempe talis eadem diversitas redundet quoque inter Petrum, & Paulum, quia unio non includitur in essentia compositi, sed tantum ut conditio sine qua non, ut dictum est disputat. 5. questio. 12. artic. 2. unde quamvis etiam uniones Petri, & Pauli essent diversae speciei, adhuc non sequeretur Petrus, & Paulum esse diversae speciei, & pliusquam numero distinctos. Hanc tamen solutionem impugnat Poncius, quia quamvis uniones non includerentur per se in composito, sed per modum conditionis, tamen materia Petri respicit unionem Petri sic, ut non possit subijcere unionem Pauli, ergo est differentia pliusquam numerica inter materiam, & formam per se includitur in Petro, & materia Pauli, & consequenter Petrus & Paulus distinguuntur pliusquam numero non minus, quam sic distinguerentur, si per se includerent uniones. Tum quia quaecumque ex natura, sua intrinseca praesupponunt conditiones diversae rationis sunt diversae rationis, sed Petrus praesupponit (ut in hac secunda responsione supponitur) unionem distinctae rationis ab ea, quam praesupponit Paulus, ergo Petrus, & Paulus sunt distinctae rationis. Atta non haec respondo despicenda non est, quandoquidem eam probabilem iudicat Doctor 4. disputat. 4. q. 1. in fine lit. L. ubi ait, quod compositum potest redire idem, licet non redat eadem unio partium, quia illa unio non est de essentia totius. Neque impugnationes Poncii molestiam ferunt, quia fallum est assumptum, quod scilicet materia Petri ita respicit unionem Petri, ut nequeat subijcere unionem Pauli, unio quidem Petri determinat respicit materiam Petri, quia cum sit essentialis determinatio nequit esse indifferens, non tamen & contra, quia materia quantum est de se indifferens est ad quamlibet unionem, sicut ad quamlibet formam, immo hoc inquit fatetur Poncius ipse in sua solutione ad hoc argumentum, dum ait quod Petrus esset idem numero homo, quamvis talem unionem non includeret, sed aliam quamcumque unde patet verbi sibi contradicere. Ad aliam impugnationem quaequid sit de fibi, quam non probat, negatur minor, quia in hac secunda solutione conceditur quidem uniones Petri, & Pauli esse diversae rationis, vel saltem pliusquam numero distingui, non tamen conceditur Paulum esse sua intrinseca ratione praesupponere unionem diversae rationis ab ea, per quam constituitur Petrus, cum enim ponatur concurrere, ut pura conditio, non autem ut quid intrinsecum, & essentialia ipsi, non eam praesupponit esse sua intrinseca ratione.

Tandem concessio unionem esse de essentia compositi, & uniones Petri, & Pauli esse diversae rationis, vel saltem pliusquam numero differre, adhuc negatur hinc sequi Petrus, & Paulum eodem modo debere distingui, quia ut monet Doctor 2. distinctio 3. quaestio 6. I. non tanta esse distinctio debet in constitutis, quanta est in constitutibus, quia possunt constitutiva, nedum specie differre, immo esse primo diversa, ut constat de differentis individualibus, & adhaec constituta convenire in aliqua communi ratione quiddamativa, & quod cum differentia individuali communitatem naturam includunt, quae est communis omnibus individuis, ita igitur dicendum in proposito, quod quamvis uniones Petri, & Pauli essent diversae rationis, vel pliusquam numero differentes, quia tamen praeter uniones continent materiam, & formam, quae eisdem rationis sunt in utroque, & solo numero differunt, ideo non sequitur Petrus, & Paulum ita distingui debere, sicut uniones ipsorum.

178. Secundum arguit idem & Ovidius, urgendo exempla innumera supra n. 164. quae adducebat prima opinio, nam visio unius albedinis distinguuntur, magis a visione alterius albedinis, quam ab alia visione eisdem albedinis, ergo habet aliquam dissimilitudinem cum visione alterius albedinis pliusquam numericam; item praesentia localis, quae ponitur Petrus Romae magis est dissimilis praesentiae, quae ponitur Venetis, quam alteri praesentiae, quae ponetur Romae, ergo inter praesentiam Romanam, & Venetam, est major differentia, quam inter plures Romae, sed ista numero distinguuntur, ergo illa pliusquam numero, cum tamen omnes sint eisdem speciei ex dictis in Physica. Item duae actiones, quibus possunt ignis A. v. g. & ignis B. producere duos numerum calores sunt magis dissimiles, seu magis distinguuntur, quam duae actiones, quibus posset ignis A, vel B. producere eundem numerum calorem distinctum, sed istae duo numero differunt, ergo illa duae pliusquam numero intra eandem speciem.

Respondet Poncius loc. cit. actionem, quae producit unum calorem, hoc ipso quod ex natura sua determinatur ad illum calorem, ita ut nequeat etiam de potentia absoluta ad alium terminari, esse omnino distinctio speciei ab alia actione, per quam producit alius calor numero distinctus, & idem ait esse dicendum servata proportione de Ubi, & visionibus, aliis, rebus eisdem rationis. Hanc solutionem, quae est multorum Recurrentium impugnat Ovidius, quia hinc sequeretur individua humana specie distingui, nam modus unionis est de essentia hominis, ergo si unio quae est in Petro specie distinguitur ab ea, quae est in Paulo, sequitur etiam Petrum, & Paulum, ita inter se distingui. Sed hoc argumentum iam supra solutum est; & ideo ex eo communi medio debet impugnari praesata responsio, quod distinctio specifica respectuum, & actionum sumi debet ex termino, vel fundamento, seu ratione fundandi, vel saltem ex aliqua specialia conditione, & connotato, ut dictum est in Logica, sed ex nullo horum capitum sumi potest specifica conditio praedictorum in illis exemplis, cum omnes illi respectus referantur inter terminos, & fundamenta eisdem speciei, ergo enumerati respectus non numerati sunt specie distincti. Contra fortiori, quia aliae quaedam relationes tam rationis, quam reales, quae habent terminos, vel fundamenta magis diversa, quam enumerata, quia tamen habent rationem fundandi eisdem rationis, aut consimilem modum denominandi, adhuc non ponuntur ipse distingui, ut patet de relatione generativitatis fundata in substantia, & accidente, & relationibus specificatis fundatis in homine, & equo, quae proinde possit Doctor quolib. 6. X. tantum numero distinctas, ideo etiam contingit de similitudine duarum albedinum, & duarum nigredinum, ut dixi disp. 8. Log. questio. 10. artic. 1. in fine, quia licet natura, quae sunt extrema illarum relationum, sint alterius rationis, modus tamen unitatis, qui est ratio proxima fundandi eas, est utrobique eisdem rationis, eo modo, quo dicunt Arithmetici proportionem duplam inter duo, & quatuor repetam esse eisdem rationis cum ea, quae reperitur inter quinque, & decem, etiam si numeri, qui illas fundant, specie inter se differant, sicut ergo haec ratio ne ex dictis ibidem omnes patentes sunt eisdem rationis inter se, omnes item similitudines, & omnes dissimilitudines, quod licet accidat in his, & illis naturis specie diversae esse, sed accidentalis rationibus earum, sic 3. fortiori dicendum in proposito de relationibus in argumento enumeratis, quod omnes sint eisdem speciei, quia veritatur inter extrema eisdem speciei, & omnes habent rationem fundandi eisdem rationis.

179. Quod autem illi respectus ita se habeant, ut quae aliter haec extrema, nequeant afficere alia, hoc non efficit, ut debeant cenleri alterius rationis, quia talis repugnatio non oritur ex natura, & essentia ipsorum, sed potius ex eorum hecitate, & ideo non facit eos esse alterius rationis ab aliis respectibus, qui petunt alia extrema, sed solum arguere potest numericam distinctionem inter ipsos, non vero majorem, sicut ex eo, quod negatio identitatis cum alio individuo reperitur in uno, & non in alio, non arguit inter ea majorem distinctionem, quam numericam. Cum vero insatur debere arguere majorem, saltem inter eandem speciem, quia omnes respectus, qui possunt esse inter eandem numero extrema, inter se magis conveniunt, quam cum aliis respectibus eisdem rationis, qui non possunt esse inter illa eadem extrema, sed petunt alia numero distincta; & ideo cum magis differant ab aliis, comparati numero distinguuntur, debent pliusquam numero ab aliis differre. Resp. talem distinctionem esse majorem majore ratione accidentali, non autem substantiali, & intrinseca, eo sero modo quo dicere solemus plures calores, ut quatuor, magis differre a calore, ut sex, quam differant ab invicem, nam magis differunt non majori distinctione substantiali, sed accidentali ex majori, vel minori pluralitate graduum, quae accidit calor, ut sic, sicut in proposito plures v.g. praesentiae Romanae plus differunt a praesentibus Venetis, quam ipsae differant inter se, sed majoritas ista non est substantialis, sed accidentalis, quia accidit praesentiae, ut sic quod sit Romana, vel Veneta; neque Romana denominatio competit pluribus illis praesentibus, quae ergo possunt habere Romae, ratione alicuius praedicatae illis intrinseca, ac essentialis, sed ex aliquo superaddito respectu ad centrum, vel polos, qui illis praesentibus accidentis non physice, & separabiliter, saltem metaphysice, & ideo non communitate praedicatae intrinsecae illis, quod proinde inter illas, & alias praesentias, scilicet Venetas, inducat majorem distinctionem substantialem, quam sit numericam, & ita pariformiter dicendum de unionibus pluribus possibilibus inter materiam, & formam Petri, & aliiis possibilibus in Paulo, nam omnes sunt eisdem rationis, & omnes numero differunt, & adhuc magis differunt a praesentibus, quia competit eis per aliquod praedicatum, quod eis accidit saltem metaphysice, sicut v.g. dicere magis magis distingui plures homines albos a pluribus nigris, quam ubi distinguuntur inter se, magis, inquam, accidentaliter, non substantialem.

180. Et adhuc facilius solvitur argumentum de visionibus, & aliis adibus intellectus, aut appetitus comparatis ad idem numero obiectum, vel plura eisdem rationis, quia huiusmodi actus non sunt puri respectus, ut enumerati in aliis exemplis, sed sunt entitates absolutae de genere qualitatis, ut notat Doctor quolib. 13. ac proinde ordo ad obiectum non est intrinseca, & essentialis est, quia respectus non est de essentia absoluti, sed ad summum re-

liter identificatur; unde cum absolutum saltem natura precedat respectum in ipso fundatum, sive sit prædicamentalis, sive transcendentalis, nequit individuari per ordinem ad aliud, atque idem inquit Doctor, cum dicitur adus per objecta distingui, id intelligi debere manifestative, ac veluti extrinsecè. Atque ita in proposito, ita numero distinguuntur due visiones terminatæ ad duas albedines, sicut due determinatæ ad eandem, nec magis substantialiter distinguuntur illæ due inter se, quam illæ due, quæ maior disconvenientia inter illas reperta, quia scilicet terminatur ad diversas numero albedines ita ut, quæ terminatur ad unam nequeat terminari ad aliam, est illis extrinsecæ, & accidentalis, & eis realiter identificatur, non tamen formaliter, & essentialiter, unde unaquæque, illarum visionum, & etiam quævis hæc quantum est de se, ita potest terminari ad istam albedinem, sicut ad illam, quia talis respectus non eas singularizat, sed eas supponit individuas.

Q U Æ S T I O XII.

As unitas individualis sit principium numeri, & hæc in omnibus rebus reperitur; ubi etiam de radice multiplicationis individualis.

Præter unitatem transcendentalem, quæ est entis, ut sic, adæquata passio, & essentialis, seu formale, quæ ponitur propria naturarum communium prædicamentalem, in hac ultima quæstione explicanda est unitas individualis, quæ dicitur omnium maxima, & ponitur passio individuali, & quia vulgo appellari solet etiam apud metaphysicos unitas numeralis, videndum est, an id rectè dicatur, adeo quod ipsa sola proprie dicatur principium numeri, quem etiam principiari possit in omni ente, sive prædicamento. Nominales 1. dist. 24. docent non solum unitatem individualem esse principium numeri, sed etiam quamlibet aliam tam formalem, quam transcendentalem, & fundantur in communi modo loquendi, juxta quem dicimus non solum duos lapides, duos homines, sed etiam duas naturas, duo genera, duo prædicamenta, & denique duo vel tria entia, ita Rubion. loc. citat. cum aliis Nominalibus. Alii verò communiter extra Scholam Nominalium docent, quod unitatem individualem esse principium numeri proprie dicti, qui tamen adhuc inter se discrepant, nam quidam ita limitant hanc unitatem, quæ est principium numeri, ut in solis rebus quantis reperitur, adeo ut ipsa unitas individualis de genere quantitatis sit principium numeri proprie dicti, quorum unicum fundamentum est, quia numerus est species quantitatis, & ex divisione quantitatis continet dicitur resultare 3. Physicor. 68. sic passim videntur sententia Thomistæ ex D. Thom. 4. Metaph. section. secundæ Capreol. distinction. 24. quæstion. 1. artic. 1. Javel. 4. Metaph. quæstion. 8. Soncin. 4. Metaph. quæstion. 25. Durand. quæstion. 2. Fonseca. 3. Metaph. capit. 13. quæstion. 3. section. 3. Suarez dist. 4. Metaph. sect. 9. numer. 8. & sequentibus unde consequenter deducunt unitatem, quæ est principium numeri superaddere accidens, quod est de genere quantitatis, atque idem talem unitatem in rebus solum materialibus, & quantis reperitur. Alii vero & contra unitatem, quæ est principium numeri, non ad solum restringunt quantitatis prædicamentum, sed illam extendunt ad quodcumque prædicamentum, & quodlibet genus entium, ita ut quodlibet individuum in unoquoque genere habeat unitatem, quæ potest esse principium alicujus numeri, si cum aliis entibus computetur, ita quoque Nominales loc. citat. & alii ex Realibus extra Scholam D. Thomæ, & hunc dicendi modum quoque ait esse probabilem noster Alensis 5. Metaph. tex. 18. & lib. 10. ab initio, ac etiam inferius in eodem libro tex. 21. licet dicat priorem esse probabiliorē de mente Philoſophi, qui solum videtur poluisse numerum in iis, quæ refulant ex divisione continui; determinat tamen ex nostris tenent Basfol. 1. dist. 24. quæstion. unica, artic. 3. Tatar. in Logic. capitul. de quantitat. notab. 3. & alii ex Scotistis, & sequuntur Recentiores passim.

183. Dico primo, sola unitas individualis est principium numeri proprie dicti, & numerum constituit aliis communibus unitatibus adunata. Hæc est communis contra Nominales, & probari potest ex communi modo loquendi nedum vulgarium, sed etiam Sapientum qui per unitatem numeralem, quæ est principium numeri solum individualement intelligunt, quo factum est, ut per unitatem numeralem sola significetur unitas individualis, & singularis sic loquitur Scotus 2. dist. 3. quæstion. 1. per totam quæstionem, ubi unitatem individualement semper appellat numeralem, & huic loquendi modum docuit ipse Aristoteles 3. Metaph. 14. dum ait numero enim unum dicere, aut singulare nisi differat, ita enim singulare dicimus, quod unum numero est, & 10. Metaph. text. 1. rursus reperit numero igitur, indivisibile est singulare, & de hoc uno numero, quod hic vult esse idem, ac singulare subdit statim tex. 2. quod est mensura numeri, quod utique verum non esset, nisi veram, & rigorosam unitatem numeralem importaret. Ex quo communi loquendi modo confici potest prima ratio pro nostra conclusione, sola unitas numeralis principium est numeri proprie dicti, hæc enim de causa numeralis denominatur, quia numerum causat, & constituit, sed inter omnis unitatis gradus sola unitas individualis, & singularis voca-

tar unitas numeralis, ergo sola unitas individualis est principium numeri.

Deinde illa unitas est principium numeri proprie dicti, ut hic de eo loquimur, quæ omnem profus excludit numeralem multitudinem, & cum ea incommensurabilis est, nam unitas numeralis multitudinis numerali directè opponitur, sed talis est sola unitas individualis, non vero specifica, generica, vel transcendens, ergo ipsa sola est principium numeri. Major patet, probatur minor, quia veritas specifica stat cum multitudine numerali, unitas generica cum multitudine specifica, & denique transcendens cum multitudine generica, adeo, ut sola unitas singularis omnem profus excludit multitudinem, ergo hæc sola est principium multitudinis numeralis. Conf. unum quod est principium numeri debet esse indivisibile in plura numero ex Arist. 10. Metaph. ab initio, sed tale est solum unum numero, non autem unum specie, vel genere, ergo &c. Conf. adhuc, quia per numerum res feceruntur, & distinguuntur ab invicem, sed per unitatem universalem, qualis est specifica, & generica, vel transcendens, res numeratæ, non distinguuntur, sed potius in eis confunduntur, ac adunantur, & solum per unitates singulares omnino inter se distinguuntur, ergo hæc sola unitas est principium numeri.

184. Præterea, si non tantum individualis unitas potest esse principium numeri, sed etiam quælibet alia unitas specifica, generica, & transcendens, ergo unitas numeralis nedum erit omnium infima, sed potius omnium suprema, immo omnes alie erunt species quædam numeralis unitatis, etiam ipsam unitatem transcendens, quæ ponitur passio adæquata entis, hoc autem constat omnino falsum esse, quia tunc admittendus esset aliquis conceptus entis communior ipso ente, ut sic, cuius ponatur passio unitas numeralis, ut sic, quæ ponitur esse communior ipsa unitate transcendenti, juxta hunc modum dicendi Nominalium. Contra transcendenti juxta hunc modum ponitur esse quædam determinata species unitatis transcendentalis, vel e contra; si prima, habetur intentum, quod scilicet unitas transcendens nullo modo potest esse principium numeri, quia unitas numeralis aliquid ei quæ est principium numeri, & denique duo vel tria entia, superaddit, ratione cujus est principium numeri, & secundum, sequitur id quod prius, scilicet unitatem numeralem esse communiorē unitate transcendenti, quæ est passio entis adæquata. Demum videmus rationes universales, naturæque communes non numerari, nisi quatenus intelliguntur contractæ per hæcæntiam, ac individualis differentias, duo enim animalia significant hoc, & illud animal, duo entia hoc, & illud ens; ergo unitas numeralis solas consequitur differentias individuales, & ratione ipsarum potest aliquo pacto applicari naturis communibus, non autem ratione gradus universalis ipsarum, ut volunt Nominales, vide Pasqual. tom. 2. Metaph. disp. 46. section. 3. ubi noticum hæc conclusionem defendit, ac etiam Meuril. lib. 2. Metaph. capit. 3. quæstion. 7.

Fundamentum vero Nominalium frivolum est, quia numerus abusive solum, & improprie applicatur naturis communibus, quo etiam modo applicatur entibus rationis, secundis intentionibus, & chimeris; dicimus namque duo entia rationis, duas species &c. sic pariter dicimus hoc, & illud genus, hæc, & illud speciem, & tamen ex hoc modo loquendi non deducitur singularitatem proprie illis naturis convenire in sua communitate consideratis, quia id solum abusive dicitur, & non proprie, sed per translationem insinuando per vocabula hæcæntiam gradum determinatum, etiam communem illarum naturarum in toto ordine entium. Accedit quod modo dicebamus numerum non applicari cum aliqui proprietate naturis communibus, nisi quatenus aliquo pacto contractæ intelliguntur saltem incompletè per singularitatem; ergo singularitatis, vel mensuræ singularis est propria, & immediata radix unitatis numeralis.

184. Dico secundo hæc unitas, quæ est principium numeri, reperitur in omni ente, non autem in solis rebus materialibus, aut in solo prædicamento quantitatis. Hanc tenent Basfol. Tatar. Meuril. & alii Scotistæ, ac probat tum auctoritas, sed nec inter alios egregie defendit, & probat tum auctoritate, tum ratione notæ acutissimæ Aureolus 1. distinction. 24. articuli, 3. propositi. 1. nam Jo. 19. Angelis tribuitur numerus duodenarius, non possum rogare Patrem, & exhibebit michi modo plusquam duodecim legiones Angelorum; similiter, & Dæmon respondit Luc. 8. quod nomen illi erat legio, qui numerus secundum Hieronymum, & Bedam est sex millia sexcenti sexaginta sex, ergo numerus verè reperitur in non quantis. Deinde probatur ratione, nam numerus discreta quantitas est subiectum in Arithmetica, sed verè omnibus materialibus annihilatis, remanente sola Angelorum multitudo, adhuc Arithmetica locum habere circa multitudinem illam, quoniam ibi reperiretur par, & impar, cubum, & quadratum, & sic de omnibus passionibus, quas Arithmeticus considerat, ergo &c. Tum quia ubicumque est vera ratio summe, ibi est ratio numeri, quæ consistit in summa, sed diversæ summe reperiri possunt in Angelis, eis enim attribui potest tertarius, quaternarius, millenarius, & sic de aliis, ergo &c. Tum quia forma non diversificatur, quantumcumque applicatur ad subiecta alterius rationis, unde eadem est albedo specificè in margarita, & nive, sed formalis ratio numeri consistit in clausione mensurativa, quæ

quæ importatur per trinitatem, quaternitatem, & sic de aliis; ergo sive reperitur hujusmodi mensurativa conclusio in rebus materialibus, & quantis, sive in rebus immaterialibus, & abstractis, ipsa remanebit ejusdem rationis in omnibus. Tum deum, ubi reperitur totum discretum, & partes discretæ, ibi verè est numerus, qui dicitur discreta quantitas, sed in Angelis est totum discretum, ac etiam partes discretæ, denarius enim Angelorum est quoddam totum constitutum ex decem Angelis abinvicem distinctis non continis, vel unitis, ut patet; ergo verè in ipsis est numerus discreta quantitas, & unitas, quæ est principium numeri.

185. Et ex hoc deduci potest ratio à priori nostræ conclusionis, quia numerus secundum suam rationem formalem conservari potest in rebus non quantis, & immaterialibus, ergo immerito restringitur solum ad res materiales, & coarctatur ad prædicamentum quantitatis. Probatur assumptum, quia numerus numeratus, de quo hic est sermo, de suo formali est collectio quædam unitatum, quæ importat discretionem, & numerabilitatem, unde collectio se habet veluti materiale numeri, discretio verò, vel numerabilitas, tamquam formale; sed hoc totum habetur in rebus immaterialibus, & non quantis, haberi namque potest collectio unitatum, id est plurim individuum, habetur etiam discretio talium unitatum, & licet non sit discretio per disconvenientiam, seu per negationem continuitatis, habetur tamen per diversitatem hæcæntiam, quæ discretio sufficit ad constituendam pluralitatem, quæ numerari potest, perinde ac in rebus quantis, ergo in rebus immaterialibus negari nequit numerus dictus cum omni proprietate, & unitas, quæ talis numeri fit principium, & hæc est ratio fundamentalis conclusio, quæ passim utuntur Nominales.

Fundamentum verò oppositæ sententiæ facile solvitur, quia nititur pure Aristotelis auctoritas, qui benignè interpretandus est, quod cum numerum reponit in prædicamento quantitatis, loquitur de numero quantitativo, & materiali, qui resultat ex divisione continui, & cujus principium est unitas quantitativa in divisione continui consistens, ut Tatarus, & Basfolius exponunt, & de hoc numero præcipue mentionem facit, quia numerus rerum materialium est sensibilior, & nobis notior, non ob id tamen in aliis quoque rebus negari debet numerus, si in eis eadem, vel consimilis ratio invenitur, propter quam ponitur in rebus quantis, qui ad illud prædicamentum spectat, in quo sunt res numeratæ, præsertim quia numerus, non est aliquid totum à rebus numeratis, ex natura rei discretum, solumque dicit numerus transcendens, eo quia per omnia, & singula prædicamenta vagatur, & in omnibus rebus in suo genere, vel specie multiplicatis reperitur, & in eodem sensu unitas principium illius numeri dicitur transcendens, non quod sit ea, quæ ipsum ens sequitur immediate, sed quia ad nullum speciale gradum entis coarctatur, sed per omnia vagatur.

186. Dico tertio unitatem, quæ est principium numeri non esse quiddam realiter à re numerata distinctum, & præsertim non esse accidens de genere quantitatis illi realiter superadditum. Conclusio est contra Thomistas, & sequitur ex dictis supra disputatione. 5. de unitate transcendentali, quam diximus cum ente, ut sic realiter identificari, ut cum suo proprio, ac adæquato subiecto, cum enim unitas numeralis sit quædam ejus species, cum sit quædam determinata unitas, debet, & ipsa includere rationem unitatis, ut sic, quæ est transcendens, utpote quæ est incognito indeterminata cuiuscumque gradus inferioris unitatis, cum igitur unitas numeralis debeat proportionem servare cum unitate, ut sic, velut cum suo genere, sequitur, quod sicut unitas transcendens cum ente, ut sic, realiter identificatur, ita quoque quælibet talis unitas cum quolibet tali ente identificari debet, & sic in proposito unitas numeralis cum re numerata identificari debet. Præterea probari potest de omnibus illis rationibus, quibus loc. citat. probatum est unum, ut sic, ab ente non distingu realiter, sicut enim ibi arguebatur, quod illud realiter distinctum enim superadditum deberet esse unum non tantum, ut quo, sed etiam ut quod, quia non tantum esse formalitas quædam, sed vera, & propria res, atque idem propriam in recto habet unitatem, sic etiam argui potest in proposito, de unitate numerali, quod si est aliquid realiter superadditum rei numeratæ, & præsertim accidens de genere quantitatis, tunc, & ipsum propriam habet numeralem unitatem, & cum aliis entibus numerari potest, & sic daretur processus in infinitum. Tum quia, ut arguit Rubion. distinctione 24. citat. quæstione 2. facta præcissione à re numerata cuiuscumque realiter distincti, & solum concipiatur secundum proprium esse, adhuc res illa numerari potest, & cum aliis simul sumpta numerum componere ternarium, vel quaternarium per modum unitatis. Tum quia omnis substantia potest esse sine omni accidente a qualiter inherente præsertim absoluto, sed impossibile est esse tres Anglos, vel homines sine numero ternario; ergo nec numerus hujusmodi est accidens realiter superadditum, nec unitates illæ ex quibus resultat.

Probatur ulterius, & magis adhuc declaratur, nam aliud est loqui de unitate quantitativa, quæ est principium numeri quantitativi, qui dicitur resultare ex divisione continui, & aliud est loqui de unitate entitativa, seu individuali, quæ est princi-

pium numeri transcendens, nam unitas quantitativa, cum consistat in indivisione continui, est quidem accidens realiter superadditum substantiæ materiali, sicut, & ipsa quantitas est illi accidentia, & extrinsecæ, & sic etiam numerus quantitativus est accidens ipsis rebus numeratis, quæ proinde sine tali numero existere possunt, unde duæ guttæ aquæ separatæ, si invicem uniantur, amittunt dualitatem quantitativam, & rursum accipiunt, si denovo separantur, ac alie unitates numerice entitativæ sunt intrinsecæ, rebus, quarum dicuntur unitates, quia quicquid est intrinsecè, est unum in seipso, unde sic res sine talibus unitatibus reperiri non possunt, sic etiam sine numero ex illis resultant, unde quando duæ guttæ aquæ uniantur, quamvis amittant dualitatem quantitativam, & sicut aqua per continuitatem, adhuc tamen retinet dualitatem transcendentalem, quia adhuc retinet suas hæcæntias, & adhuc sunt duæ res, non una, per identitatem, sed tantum per conjunctionem, & ratio hujus est, ut notavit Ant. Andreol. 19. Metaph. quæstion. 3. quia unitas quantitativa negat divisionem continui; sed omnia alia unitas numerica entitativa negat divisionem ex contradictione ortam, quia enim hoc ens non est illud ens, fit ut unum dicatur. Neque hic rationes Thomistarum sigillatim referre opere pretium est, quæ ex doctrina modo tradita facillimè diluuntur, tum quia Socinus 4. Metaph. quæstion. 25. citat. oppositum hujus conclusionis non probat nisi quibusdam auctoritatibus Commē. de quibus parum nobis curandum est, quia non sumus in Schola Commentatoris, sed Scoti.

187. Postremo addendum est id, quod bene adnotavit Pasqualis disputatione. citat. rationem mensuræ, quam ait Aristoteles 10. Metaphysico textu 2. convenire unitati, quæ est principium numeri, non pertinere ad formale constitutum ipsius, sed esse passionem consequentem talem unitatem, quatenus est pars componens numerum; hoc autem probatur, quia non est idem conceptus, qui de unitate formatur, ut est principium numeri, & ut est mensura numeri; nam dicitur principium numeri ratione indivisionis, quam in se importat, & divisionis ab alio, ratione cujus fit, ut possit esse comparatum illo alio ad numerum componendum, dicitur autem mensura, quatenus replicata, & sæpius repetita manifestat numeri summam, & quantus sit, mensuræ enim est per rem notam aliam ignotam manifestare, ut docet Doctor quolibet. 14. Si autem hujusmodi conceptus inter se conferantur, nempe quod talis res, tamquam pars indivisa veniat in constitutionem numeri, & quod rursum sit mensura numeri constituti, factis comparatis, illum esse priorem, & istum posteriorem, & hunc ab illo derivari, ex eo enim unitas est, ut mensura numeri, quia est pars indivisibilis ejus, ut docet Aristoteles loc. citat. & idem bene concipi potest unitatem esse partem constitutivam numeri prædicando ab eo, quod fit mensura, non tamen e contra; est autem regula generalis, quod quotiescumque plures conceptus per se alicui conveniunt, ille per essentia constitutus est, qui primo tali rei competit, & à quo alii originem ducunt, ut patet in homine, qui plures habet conceptus proprios ei per se competentes, scilicet rationalitatem, sensibilitatem, discursivitatem, &c. & sola rationalitas per ejus essentiali ratione constituitur, quia primo homini competit, alii verò secundario, & ab eo originem ducunt, atque idem constituntur pro passionibus, sic ergo in proposito discurrendum est de ratione indivisionis, & mensuræ in unitate, quæ est principium numeri, quod prima fit ratio essentialis ejus, & altera passiva.

At obiciunt, quod ratione indivisionis in seipsa res ab alia dividitur, & divisio formaliter dicit recessum, unitas vero numeralis dicit accessum, quia debent unitates componentes numerum inter se accedere, atque idem quod unitas ratione indivisionis nequeat esse principium numeri constitutum. Sed optime occurrit Pasqualis, loc. cit. sec. 4. verum quidem esse unamquamque rem hoc modo per suam unitatem ab alia recedere, quatenus cum ipsa non communicat in eodem esse; at ex hoc ipso recessu habet, ut simul possit accedere ad aliam componendo numerum, quia non accidit per accessum illi recessui oppositum, scilicet per communicationem in eodem esse, sed alio accessu, nempe per collectionem partium discretarum, qui quidem accessus in actu primo dicit indivisionem in seipso, & divisionem in eo, ad quod accedit, ut pars discreta ad constituendum numerum cum ipso.

188. Pro complemento hujus disputationis de principio individuationis, ac unitate individuali resolvendum est ex hæcenus dicti dubium de radice multiplicationis individualis, unde scilicet proveniat, quod intra eandem speciem possint individua multiplicari numero. Thomistæ passim ajunt, hæc radice esse materiam præsertim signatam, unde, & alii explicant, quod cum materia ponitur à D. Thomæ principium individuationis, hoc non debet intelligi de principio formali, nam, & ipsi fatentur id esse differentiam individualement, sed de radicali, quia nimirum est radix, unde provenit multiplicatio individualis, & à qua multiplicata sumuntur omnes differentie individuales, supponunt enim materiam habere ex se suam individuationem, atque quod in diversas partes dividi possit, unde consequenter negant substantias spirituales esse numero multiplicabi-